

$\Pi m$

633



2.

u  
=



M. 1,874.

~~No. 166.~~

629

H. M. I.

~~652.~~

657<sup>a</sup>

81






















AUGUSTUS  
VELLERIS AUREI  
ORDO

Per Emblemata, E&theses  
Politicas, & Historiam  
demonstratus;

Cum Parergis de Illustrissimis  
Domibus Lambergianâ &  
Scaligeranâ.

*Authore*

AUGUSTINO ERATH,  
Insignis & Imperialis Ecclesiæ Collegiatæ in  
Wettenhausen Canonico Regulari, SS. Theologiæ  
Doctore, Protonotario Apostolico, & Comite Pala-  
tino Cæsareo, Celsissimi & Reverendissimi Principis,  
Episcopi Passaviensis &c. Consiliario Ecclesiastico  
& Bibliothecario Aulico.

*Cum Licentiâ Superiorum.*



RATISBONÆ,  
Sumptibus JOH. ZACHARIÆ SEIDELII.  
Typis JOH. GEORG. HOFMANNI.

Anno M DC XCVII.



ALBERTUS  
VELLEIS AUREI  
ORDO

Per Emblemas, Aethiops  
Politica, & Historiam  
demonstrans;

Cum Praefatione  
Domi



ALBERTUS  
Insignis & Illustris Bohemae Collegii in  
Wendoburgae Canonice Praesidis, 22. Praesidis  
Dofore Praesidis Apostolicus, & Comice Pala-  
tino Praeside, Collegii & Praesidis Principis  
Episcopi Palatini &c. Castellani Castellano  
& Bibliothecario Aulico.

Curae Praesidis  
Praesidis

KATSBONNE  
Sumptibus JOH. ZACHARIAE SEIDELII  
Typis JOH. GEORG. HOFMANNI

Anno M DC XCVII






**EXCELLENTISSIMO ET ILLU-  
STRISSIMO  
DOMINO  
DN. FRANCISCO  
JOSEPHO  
SACRI ROMANI IMPERII  
COMITI  
A LAMBERG,  
LIBERO BARONI IN ORTEN-  
EGG & OTTENSTEIN, DOMINO DY-  
NASTIÆ IN STEYR, HÆREDITARIO  
STABULI PRÆFECTO IN CARNIOLA &  
MARCHIA SCLAVONIÆ, HÆREDITA-  
RIO CAMERARIO SUPERIORIS  
AUSTRIÆ,  
AUREI VELLERIS  
EQUITI,  
SACRÆ CÆSAREÆ MAJEST.  
ACTUALI INTIMO CONSILIARIO, CA-  
MERARIO, & SUPERIORIS AUSTRIÆ  
SUPREMO CAPITANEO,  
&c. &c.**

) 2

**EXCEL.**



*EXCELLENTISSIME ET IL-  
LUSTRISSIME DOMINE  
COMES.*

 Um abhinc biennio supre-  
ma Imperii Romani Maje-  
stas Illustrissimum Pectus  
Tuum exornaret Augusto Vellere  
Aureo, licuit dulcissimo Filio Joan-  
ni Adamo, & charissimis ex Sorore  
ac Fratre Nepotibus, Joanni Jose-  
pho Philippo, Comiti ab Harrach,  
& Carolo Benedicto, Comiti à Lam-  
berg, meis tunc in Peripato Philo-  
sophico Discipulis, & supremarum  
dignitatum Candidatis, oculos in  
Aureum hunc Tuum splendorem  
recens exortum defigere, illasq; con-  
templari virtutum prærogativas,  
quibus summum hoc Equestris No-  
bilitatis decus pridem es promeri-  
tus.



IL-  
VE  
D  
pre-  
Maje-  
ectus  
ellere  
oan-  
rore  
Jose-  
rach,  
lam-  
hilo-  
rum  
os in  
orem  
con-  
ivas,  
No-  
neri-  
tus.

tus. Licuit illis inter gratulabundos  
aliorum plausus primum Philoso-  
phiae suae florem Tuis substernere  
pedibus, cum ex Virtutis Tuae Tem-  
plo ad Aedem Honoris progredere-  
ris, ab Augustissimo Agonotheta  
inter Torquatos Aureos recensen-  
dus, tanto Manliis Torquatis subli-  
mior, quanto aurum superat reliqua  
metallariam glebam, & Nomen ex  
meritis comparatum praestat nati-  
vo. Et vero iussit sanctioris pæda-  
gogii institutio, ut mentis suae vul-  
tum in propendens è collo Tuo Vel-  
lus irretortis attollerent oculis, quia  
in Te cumulatissime didicerunt, ne  
degenerarent à continuata Majo-  
rum suorum virtute, &, quæ inde  
consequitur, honorum ac dignita-  
tum gloria. Congenita quippe Lam-  
bergiano sanguini hæret illa Taciti  
Politica; *Optimi mortaliū altissima pe-  
tunt.* Omitto, & ad libelli hujus  
parerga refero continuos à multis



saeculis Lambergios, qui suis in Cæsarem & Rempublicam meritis ad eò semper in supremis fastigiis consistere, ut summas Aulae Cæsareae ac Provinciarum dignitates sibi penè fecerint hæreditarias. Propinquiora hinc exempla repeto Illustrissimi Parentis Tui, JOANNIS MAXIMILIANI, qui suis erga Cæsarem & Patriam amplissimis meritis eò contendit, ut ad Aulae Cæsareae intima consilia & supremum Præfecti munus eveheretur, quos honorum summos vertices redimivit Aureo Vellere, dignissimâ supremarum dignitatum coronide. Gloriosum in tanto culmine Parentem eousque affecutus es Filius, ut parelion paterni splendoris, iisdem Torquis aurei radiis non ita pridem coruscare cœperis. *Nec deficit alter Aureus*, Germanus Frater Tuus, Celsissimus & Reverendissimus S. R. I. Princeps JOANNES PHILIPPUS, Episcopus



pus Passaviensis, ita Togæ ac Sago-  
natus, ut bifrontis Jani perspicaciam  
repræsentans, hinc Ecclesiæ incre-  
mentis & Divino cultui, inde Cæsa-  
ris & Patriæ incolumitati diu no-  
ctuque invigilet. Enimverò labores  
nunquam interrupti pro Ecclesiâ  
sunt adeò in propatulo, ut totus  
Mundus testetur, quòd integros,  
vastosque torrentes, adversùs coæ-  
va Exemptæ & Archiepiscopalis Ec-  
clesiæ Passaviensis Jura pleno impe-  
tu irruentes, stiterit, suisque vigiliis,  
& agendi dexteritate cohibuerit.  
Conservandæ Cæsaris ac Reipubli-  
cæ salutis, imprimis egit Aulico-Im-  
perialem, & postmodum Intimum  
S. C. M. Consiliarium. Nihil hîc di-  
cam de Legationibus, ipsi à Cæsare  
commisissis ad diversas Aulas, Neo-  
burgicam, Brandenburgicam, & Sa-  
xonicam, ubi Cæsari gloriam, sibi  
omnium venerationem conciliavit.  
Præteribo Ratisbonam, ubi ad Im-



perii Comitatus Principalis Legati  
Austriaci munere est perfunctus.  
Tacebo Viennam, Austriae Metro-  
polim, à Turcis obsessam; pro quâ  
liberandâ validum illum, infra-  
ctumque Saxonum exercitum suâ  
facundiâ excitavit ultorem, eumque  
ipse comitatus est. Hodierna ac re-  
centia identidem vestigia imprimit  
**JOANNES PHILIPPUS**, ex quibus  
immensa ipsius erga Cæsarem & Pa-  
triam merita dimetiri licet. Ut enim  
Imperio Romano in imminente Re-  
giâ Electione Polonicâ; & gravissi-  
mis Augustissimæ Domûs Austria-  
cæ negotiis in Regiâ Lusitaniæ Aulâ  
pro Reipublicæ emolumento con-  
suleretur; Sacra Cæsarea Majestas  
Legatum destinavit **JOANNEM  
PHILIPPUM**, veluti Atlantem, cu-  
jus humeris securissimè concredere-  
tur Orbis Austriacus; in **JOANNIS  
PHILIPPI** Fidelitate ac prudentiâ,  
ceu gemino polo, firmissimè stabili-  
endus.



endus. Proinde Illustrissimam Domum Lambergianam Cœlo non abfimilem dixerim, quod, quacumque patens, suam ubique beneficentiam in inferum hunc Orbem latissimè explicat. Dum Excellentia Tua ad Supremi Capitanei clavum pro Superiore Austriâ conservandâ, propagandâque indefessis curis excubat; dum LEOPOLDUS JOSEPHUS, Comes à Lamberg, ad Imperii Comitia Ratisbonensia Augustissimæ Domûs Austriacæ partes felicissimè tuetur; dum Excellentissima Harrachiana Sidera, Excellentiae Tuæ Sororius, & ex Sorore Ne-  
pos, ad Aulam Hispanicam Austriacis summi momenti necessitatibus invigilant; JOANNES PHILIPPUS, Solis instar, complures illustrans provincias; dum Passaviense Pedum Sceptrumve ex æquo providentissimè sustinet; pro Augustissimæ Domûs Austriacæ incrementis

) 5

ad



ad extera quoque Poloniae ac Lusitaniae Regna suam in arduis negotiis componendis facilitatem ac prudentiam diffundit, tantò Austriacis Natalibus dignior, quantò majore studio ac fide conservandis ac promovendis Austriae finibus omnem impendit operam.

Sed quid publicam, omnibusque perspectam Illustrissimae Domus Lambergianae beneficentiam commemoro, qui peculiaribus Ejusdem gratiis & favoribus ita obruor, ut vel iis enumerandis nulla mihi sit suffectura Arithmetica. Proinde libellum hunc ad Excellentiae Tuæ pedes substerno, non quòd dignum censeam, aut idoneum recensendis Lambergianae gloriae Fastis; sed ut memnosynon ac vectigal pendam meae erga ipsam devinctissimae gratitudinis. Et dum calamum minus facundum sistere jubeo; pro Lambergianâ gloriâ disertissimè perorantem sub-



substituto amplissimam Bibliothecam Passaviensem, quam JOANNES PHILIPPUS gravissimis sumptibus & memoriâ nunquam obliterandâ recens extruxit, novemque millibus librorum & ultrâ instruxit, ut Armamentarii loco esset, ex quo tam Sacris, quàm Civilibus Tribunalibus subministrarentur arma ad Dei gloriam, Patriæ salutem, & subditorum incolumitatem integerrimè servandam, propagandamve.

*EXCELLENTIÆ TUÆ*

*Devotissimus servus*

**Augustinus Erath, C. R.**





## Benevolo Lectori.

**S**uperiore biennio ex primâ Philosophia parte  
sub prasidio meo publicas Theses propugnârunt  
Illustrissimi Domini Comites JOANNES JO-  
SEPHUS PHILIPPUS, S. R. I. Comes ab Har-  
rach; JOANNES ADAMUS, S. R. I. Comes à  
Lamberg; & CAROLUS BENEDICTUS, S.  
R. I. Comes à Lamberg, ex Excellentissimâ & Illu-  
strissimâ Dominâ Sorore, & Excellentissimis ac Il-  
lustrissimis Dominis Fratribus, Nepotes Celsissimi  
& Reverendissimi Domini, Domini JOANNIS  
PHILIPPI, Episcopi & S. R. I. Principis Passavien-  
sis, Comitis de Lamberg, &c. Exornavimus has  
Theses Emblematicis ac Ecthesibus Politicis de Au-  
gusto Velleris Aurei Ordine, quo sub illud ipsum  
tempus pro meritis suis insignitus erat Excellentis-  
simus & Illustrissimus Thesium Patronus, FRAN-  
CISCUS JOSEPHUS, S. R. I. Comes à Lam-  
berg &c. S. C. M. Consiliarius intimus, Camera-  
rius, & Superioris Austriae Supremus Capitaneus.  
Cum verò pauca Thesium Exemplaria essent im-  
pressa, earumq; major numerus desideraretur,  
iteratis



iteratis precibus me convenit Bibliopola, ut ipsius  
sumptibus permitterem secundis typis illas in lu-  
cem publicam prodire. Acquievi tandem ipsius,  
aliorumq; desiderio. Et quia in Ecthesibus fre-  
quens fit mentio non tantum Historiæ Velleris Au-  
ræi, sed etiam Diplomatis ac Legum, quas Philip-  
pus Bonus, Dux Burgundia, Augusti hujus Ordinis  
fundator, condidit; idcirco necessarium censui, ut  
summâ fide Ecthesibus subnecterentur. Ad hæc  
Emblemata ac Ectheses illæ potissimum referuntur  
ad Illustrissimam Domum Lambergianam, quæ in  
Joannem Maximilianum, S. R. I. Comitem de  
Lamberg, &c. &c. maximam suam gloriam de-  
volvit per Patrem Georgium Sigismundum de  
Lamberg, & Matrem Joannem Scaligeram; qua-  
rum familiarum assiduò in Ecthesibus memini-  
mus; proinde consultum existimavi, utriusque  
Illustrissimæ Domûs præcipuos Heroës & facta, ex  
antiquis Annalibus & probatissimis Authoribus,  
tanquam opusculi hujus splendidissima parerga,  
subjungere. Ut hic conatus ad Dei gloriam de-  
serviat, meaque erga Illustrissimam Domum  
Lambergianam obstrictissima obsequia  
testetur, unice precor.

INDEX



# INDEX TITULORUM.

<i>Ecthesis I. Scientia &amp; Consilium in gubernando.</i>	<i>fol. 1</i>
<i>II. Labor pro bono publico.</i>	<i>11</i>
<i>III. Fortitudo inter adversa.</i>	<i>21</i>
<i>IV. Nobilitas, incitans ad heroica facta.</i>	<i>32</i>
<i>V. Magnanimitas.</i>	<i>42</i>
<i>VI. Consortium Virtutis &amp; Honoris.</i>	<i>52</i>
<i>VII. Fidelitas erga Casarem &amp; Patriam.</i>	<i>62</i>
<i>VIII. Dignitates &amp; Honores ex pietate in Deū.</i>	<i>72</i>
<i>IX. Clementia.</i>	<i>83</i>
<i>X. Beneficentia.</i>	<i>93</i>
<i>XI. Perseverantia.</i>	<i>103</i>
<i>XII. Fama nunquam intermoritura.</i>	<i>114</i>

*Historia de Augusto militari Ordine Equitum Aurei Velleris; cum Diplomate Philippi Boni, Burgundiae Ducis; & Statutis Equitum Aurei Velleris.* 122. 141. 143.

*Parergon I. De Illustrissimâ Domo Lamber-  
gianâ.* 163.

*Parergon II. De Illustrissimâ Domo Scaligeranâ, cum Annalibus Scaligerorum ex Cy-  
rillo, & Annalibus Ostruviorum de Scali-  
geris.* 185.

Scientia



# SCIENTIA ET CON- SILIUM IN GUBER- NANDO.



## ECTHESIS I.

**B** Onum Consilium coalescit ex bonâ sci-  
entiâ & bonâ conscientia; illique optimi  
sunt Consiliarij, qui non habent plus  
scientiæ ad suadendum, quàm conscientia ad  
benè suadendum. Nulla Consilia sunt robu-  
sta, nulla diuturna, nisi quæ originem trahunt

A

à



â prudentiâ. (a) His Consiliis destituta Res-  
 publica, proximum minitatur occasum. Hæc  
 tuentur diadema, conservant patriam, ante-  
 vertunt discrimina, hostem opprimunt, & in-  
 ter parietes latentia, in campo erigunt tro-  
 phæa. Sicuti *mole ruit suâ, vis Consilij expers,*  
 (b) ita vicissim, si suffulciatur Consiliis, fit *pon-  
 dere tuta suo.* (c) Impetus omnis, etiam ho-  
 nestissimus, in ventos effunditur ac ingloriè  
 dissipatur, nisi libretur Consilio & ratione.  
 Rudolphi I. Imperatoris, pace & bello Maxi-  
 mi, gnoma erat: *Regni prudentia custos.* Ap-  
 primè Tullius: *Tunc beata respublica, si aut do-  
 cti & sapientes homines eas regere ceperint, aut  
 qui regerent, omne studium in doctrinâ & sapi-  
 entiâ collocârint.* (d) In aulis ac negotiis Princi-  
 pum adeò intricati & implexi sunt labyrinthi,  
 ut periturus sit Theseus, nisi ducem habeat  
 Ariadnem, prudentiam, inquam, politicam &  
 polemicam, fidosque Consiliarios, quorum  
 ductu secura ponat vestigia Princeps. Spiri-  
 tûs sancti Pronuntiatum est: *Salus, ubi multa  
 Consilia* (e) Nam, ut rectè Plinius, singuli de-  
 cipere possunt & decipi; nemo omnes fallere,  
 nemo ab omnibus falli potest. (f) Idem est  
 Consilium. Principi, quod navi ad tabulam  
 hydrographicam pyxis nautica, in vastissimo,  
 pela-



Pelago per invios fluctus directum ostentans iter. *Ut in magnis tempestatibus validissimo clavo, optimo gubernatore, & plurimis fulturis opus est; sic magnas & turbulentas res administranti summâ sapientiâ opus est, quam cum gubernator non habeat ex se, à probis Consiliariis mutuetur & discat oportet.* (f) Augustus Imperator Consiliarios habuit Agrippam & Mecænatem, post quorum mortem si quid negotiorum infeliciter successit, exclamare est solitus: *Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mecenas vixisset.* Feliciter imperâisset Nero, si Senecæ Consiliis semper, ut cœperat, obsecundâisset. Dionysius Siciliae Tyrannus, si Platonis, sapientissimi Senis, Consiliis obtemperâisset, firmius liberis suis imperium reliquisset, paulò post folio & regno dejectus. (g) Sine Malo malè dirigitur navis, factura inter fluctuum vertices certum naufragium. Mentis humanae oculi sunt prudentia & consilium, quos præmittere necesse est viarum exploratores, ne pedes offensam incurrant aut cespitent. *Palpebrae tuae præcedunt gressus suos.* (h) Præcedunt autem, si operationem nostram Consilia recta præveniunt. (i) In hostium perniciem

Ref-  
Hæc  
ante-  
& in-  
tro-  
pers,  
pon-  
n ho-  
loriè  
ione.  
Maxi-  
Ap-  
ut do-  
, aut  
sapi-  
inci-  
n thi,  
ab eat  
am &  
orum  
Spiri-  
multa  
ali de-  
llere,  
m est  
oulam  
lmo,  
pela-



nullum est lethalius telum, quàm consilium & prudentia. Multa Hercules adversùs gigantum monstra in propugnando cœlo potuit, plura Pallas. *Sine Consilio nihil facias, & post factum non penitebis.* (k) Cæcutimus enim circa propria placita, & ut Curtius ait, *in suo quisque negotio hebetior est quàm in alieno; turbida enim sunt Consilia eorum, qui sibi suadent.* (l) Optimè regit ille Princeps, qui & regit & regitur. Imperio regere, Consilio regi debet. Regere & non regi, præsumptionis est; regi & non regere, infirmitatis; simul regere & regi, perfectæ virtutis est. Theodosij Imperatoris dignissimum Justiniano Codice dictum erat; *Quod cum vestro Consilio fuerit benè ordinatum, id ad beatitudinem nostri Imperij, & ad nostram gloriam redundat.* (m) Fortissimus belluarum Leo, etiam dum dormit, non claudit oculos, semper vigil, quia ferarum Rex. Neque malè dixerit Politicus: ideò bifrontem esse Reipublicæ Janum, ut unâ, eâque totâ mente ad Consilia, alterâ ad incolumitatem subditorum prospiciat. Alexander rogatus, quonam modo intra brevissimum tempus obtinisset orbis imperium? respondisse fertur: *Consilio.* Nunquam certius è Cœlo punitur Reipublicæ corpus, quàm dum ei Caput præponit sine capite.

Plura



Plura in summâ fortunâ geruntur auspiciis & consiliis, quàm telis & navibus. (n) Omnia componuntur Principis doctrinâ ac prudentiâ. Philosophica doctrina, si in Principem, Reipublice rebusque gerendis deditum, illabatur, multis per unum prodest. (o) Malè sapit, qui, ut saperet, prius desipuit, factus prudens aut damno suo, aut periculo. Ipsam etiam grandem illam Cœlorum machinam voluit supremus rerum Architectus suis non destitui Intelligentiis, quæ è Philosophorum sententia, cœlos assiduò volvunt revolvuntque.

*Spiritus intus agit, totamque infusa per artus  
Mens agitat molem, & magno se corpore mi-  
scet. (p)*

Vacillant vires, nisi Consilio fulciantur, Vellus Aureum commune olim heroicæ fortitudinis ac felicitatis pignus & experimentum. Arduum ac discriminis plenum negotium in illo obtinendo erat; quippe quòd domandi essent ignivomi tauri; superandus pervigil Draco, velleris custos; excipiendus exercitus armatorum virorum, è seminatis Draconis dentibus repentè enascentium. Ne hæc terrerent Jasonem, præclaræ indolis & robusti pectoris adolescentem, nihil aggredi voluit sine Medææ Consilio, quæ ex ipso etymo curam ac prudentiam




tiam significat. Enimverò scivit Jason, nullam esse sine sapienciâ fortitudinem, nullum sine Consilio robur. Si Curtio fides, Alexander à Parmenionis ore ita pependit, ut *sine illo nihil magni gesserit.* (q) Neque id absque ratione, quam gravissimam affert M. Antonius Pius: *Æquius est, ut ego tot taliumque amicorum Consilium sequar, quàm ut tot talesque amici meam unius sequantur voluntatem.* Abhorreo ab illorum ingenio, qui consulto pileo suo dicunt; *Vos sedulo consulitis, sed aliud mihi suadet pileus meus.* (r) Sed quid eruderamus antiqua Imperatorum monumenta? Vicinam cernimus Augustam tesseram *Consilio & Industriâ.* Hoc gemino polo vertitur Austriacus Orbis sub LEOPOLDO MAGNO, Romanorum Imperatore invictissimo. In hujus vertice tutissimum quiescit diadema, ubi *Consilium & Industria* perennem fixerunt sedem. Novit hic æmulantium & exterorum Principum studia *armato Consilio* componere, tumentes gentes non ferro magis, quàm ratione compescere, confectumque *Industriâ* reddere, quidquid armis fieri non posse existimatum est. Et cùm Principis non minus intersit, ut sollicitum habeat selectum Consiliariorum, quàm Consiliorum, idcirco supremus horum Arbiter LEOPOL-



POLDUS I. ab ipso Imperialis Solii primordio in hodiernum usque diem voluit intimam suam Curiam assiduò illustrari feracissimâ intimorum Consiliariorum Domo Lambergianâ. JOANNES MAXIMILIANUS, S. R. I. Comes de Lamberg &c. Aurei Velleris Eques, imprimis Ferdinando III. à Consiliis Aulico-Imperialibus, uti & à Consiliis Statûs; postea LEOPOLDO I. ab intimis Consiliis & arcanis Conferentiis per integros ac continuos viginti annos (reverâ Magnes immobilis ad immobile Cynosuræ Leopoldinæ lumen) fuit, eâ semper scientiæ ac conscientiæ probitate, ut in ipsum, veluti in illustrissimam Pharum, accensis undique consiliorum facibus longè latè-que resplendentem, omninò convenerit solemne lemma; **MONET, ET MUNIT.** *Consilium enim, sapienter monens, multas manus vincit.* (s) Ne verò hæc Consilij Lambergiani excellentia ac dignitas per solam famam transcriberetur Æternitati, & cum demortuo Parente Joanne Maximiliano sepeliretur; eam, sicuti totam reliquam virtutum congeriem, in utrumque Filium cum illustrissimo sanguine transfudit, ac veluti hæreditariam fecit, more Aquilis communi, quæ pullos nonnisi Aquilinos & Cæsaribus proprios enituntur,





*Nec imbellem feroces  
Progenerant Aquila columbam. (t)*

Unde tanti Patris simillima Proles Celsissimus ac Reverendissimus Princeps JOANNES, PHILIPPUS, Episcopus Passaviensis &c. LEOPOLDO Augusto imprimis à Consiliis Aulico-Imperialibus; postea inter diversa Legati Cæsarei munia ab intimis suæ Majestatis Consiliis; & nunc supra Ecclesiæ Candelabrum collocatus, sicuti omni aliâ virtute, ita cum primis Consilio & prudentiâ Princeps est. Si cumulatam Principis munus est, quando manu cessat, nunquam cessasse Consilio; certè cumulatissimum est JOANNIS PHILIPPI, qui, studio prorsus indefesso, nunquam non calamos & consilia operi admota habet.

*Nec deficit alter  
Aureus (u)*

Excellentissimus & Illustrissimus Dominus FRANCISCUS JOSEPHUS, supremus Provinciæ Capitaneus in superiore Austria &c. Sac. Cæsareæ Majestatis intimus Consiliarius, nunc Aureo Vellere, ceu prudentiæ ac optimi Consilij genuino symbolo, pro indefessis suis meritis condecoratus. Apprimè in rem præsentem Nicetas: *Omnis filius Patris sui tacita ratio*



*ratio & definitio est.* (W) Ut adeò feralem Urnam Joannis Maximiliani rectè exornaverim illo Siracidis epigrammate: *Mortuus est Pater, & quasi non est mortuus; similem enim geminum Filium, Joannem Philippum & Franciscum Josephum, reliquit post se.* (x) Quemadmodum verò *anima in sanguine est;* (y) ita prudentis Consilii virtus, veluti Reipublicæ anima, per totum Lambergianum sanguinem ita diffunditur, ut in eo cum annis adolescat. Testem se offert Ratisbona, quæ non tam Austriacis cum plena potestate legationibus, quàm intimis Cæsaris Consiliis in Joanne Philippo assuec- ta, non alium sibi deligere voluit, in quem gravissima plenæ potestatis Austriacæ pondera deferret, nisi Leopoldum Josephum S. R. I. Comitem de Lamberg, LEOPOLDI Augusti intimum Consiliarium. Hos nimirum ex Illustrissimâ Domo Lambergianâ sibi Augustissimus Imperator adscivit Intimos Consiliarios, quia scivit. *Magnos & eminentes viros nunquam non magnis adiutoribus ad gubernandum usos esse.* (z) Quam enim patriæ felicitatem, victoriarum seriem & triumphorum gloriam in LEOPOLDO Magno intuemur, non nisi consiliorum messis est, Successorum Cæsarum gloriæ suffectura. Nam etiam Consiliis sua est

fissi-  
NES,  
EO-  
lico-  
Cæ-  
filiis;  
oca-  
rimis.  
mu-  
u cef-  
mu-  
stu-  
mos.  
omi-  
emus  
a &c.  
rius,  
otimi  
s suis  
præ-  
acita  
ratio




victoria; imò gloriosa magis ea est victoria, quæ Consilio obtigit, quàm quæ viribus, quas cum belluis vel habemus communes vel inferiores. Hæc Lambergiorum in intimis Consiliis est Dialectica, ut pro Dei gloriâ, Cæsarium incremento, & Patriæ incolumitate, ex præmissis Majorum exemplis, genuinæ Politicæ legibus, & perspicaci ratione, legitimam, modisque ac figuris tam Cæsareis quàm plebeiis accommodatam inferat conclusionem. Quis ergò neget, Dialecticam Lambergianam esse Scientiam?


- (a) Cassiodor. l. 25. (b) Horat. od 3. (c) Ovid. 9. Metam. (d) Cicero ad Q. Fr. (e) Prov. 24. (f) Plutarch. (g) Sueton. in Ner. (h) Prov. 4. (i) Raban. in hunc loc. (k) Eccles. 32. (l) Curt. l. 7. (m) L. 8. C. de LL. (n) Tacit 13. An. (o) Plutarch. (p) Virgil. l. 6. Æneid. (q) Curt. (r) Sabell. l. 4. En. 7. (s) Eurip. in Antiop. (t) Horat. (u) Virg. Æn. (w) Nicet. in Orat. 43. S. Greg. Naz. (x) Eccles. 30. 4. (y) Levit 17. 11. (z) Vell. Patercul:

LA-





# LABOR PRO BONO PUBLICO.



## ECTHESIS II.

**N**ihil *in rebus omnibus* ita debet esse arduum, nihil ita sublime, quin Principi objectum sit, ad Reipublicæ commodum, & propriæ gloriæ fastigia promovenda. *Generosos animos labor nutrit; laborem si recuses, parùm potes. Non est viri, timere sudorem.* (a) Purpura non nisi sub pondere ac torculari fluit; nec cuduntur diademata, nisi labore & brachiorum



chiorum iteratâ libratione. *Omnia possunt inveniri, si modò laborem non fugerimus. Assiduitate RES OMNES assequi datur.* (b) Euripidis sapiens Pronuntiatum est: *Nullus est, qui, dum molli vita studuit, gloriam adeptus sit. Ergò laborandum est.* (c) Navis ad portum appellit labore & virtute. E Colchide in Thessaliam cum Argonavi rediit Jason, onustus Aureo Vellere, non tot votis exoptato, quot laboribus ac periculis quæsito. Eandem cum Jasone Argonavim conscendunt, quotquot Aurei Velleris equestres candidati sunt. Laboris pro bono publico admonentur, quoties auream è collo pendulam torquem, & ex hâc suspensum Vellus Aureum intuentur. Accommodatum hujus torquis lemma est; *Non segni rapienda manu.* Augustus, & maximorum Heroum est hic Torques; sed compositus non nisi ex chalybeis lamellis & intercurrentibus silicibus, scintillas excutientibus. Quemadmodum verò dignitatis ac gloriæ hæc flamma est, ita ad eam eliciendam frustra silicem junges chalybi, nisi laborem addas, quo chalybem cum silice collidas, & repetitis ictibus in flammam concites. Quòd si etiam hanc excusseris, necdum tamen in coronam coivère dispersæ inter dissolutos silices ac chalybes scintillæ. Novo labore



bore opus est, ut per saxa, per ignes & chalybes, inter se connexos, prodeat coronea torquis forma, Herois collo ac pectori circumducenda. Non minus ut compares, quam ut conserves gloriam,

- - - *Fuvat ire per aestus. (d)*

Nulla est potentior machina ad Heroës in sublime evehendos, præter laborem. Non est dignum, ut inde exigas honorem, unde refugis laborem. (e) Comprobatur Ovidii effatum est. *Ardua per præceps gloria vadit iter. (f)* Cœlis similes sunt viri grandes, quia indefessè volvuntur. De Theodosio Imperatore, optimo, quia laboriosissimo, Latinus Pacatus; *Ut indefessa vertigo cœlum rotat: ita tu Imperator continuatis negotiis, & in se quodam orbe redeuntibus, semper exercitus es. (g)* Et prior illo Seneca: *Ex quo se Caesar orbi terrarum dedicavit, sibi eripuit; & siderum modo, quæ irrequieta semper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quidquam suum facere. (h)* Tantundem habebis gloriæ, quantum laboris, quia

- - - *Par est fortuna labori.*

Quod Latinus in Imperatore, idipsum Alexander IV. in Pontifice Maximo exigit. *Inest Romano Antistiti sollicitudo sine otio, labor sine*



*sine quiete, occupatio sine vacatione, exercitium sine tranquillo, ingens & sedula meditatio sine somno, nec ad modicum etiam cura quotidiana intermissionem habet.* (i) Nimirum Coelis nec mora, nec quies ulla, ut sciremus, laborum centurias esse dotem, in magnanimas mentes cumulatè à natura effusam. *Alti, aethereique animi, ut ipse aether, gaudent motu.* (k) Ut terra illuminaretur, fecit Deus luminaria magna, (l) Principes videlicet, Solis æmulos, qui requiem in motu habet. Nullum otium sibi suavius credat Princeps, quàm quod ab otio absolvit. Stultè Dionysius Siculus otium reputavit imperium, quo tamen nihil est in Mundo magis negotiosum. Nulla corona verè est aurea, nisi quæ labore constat; Neque ullam aliam habet politica Alchymia tincturam, nisi sudorem, quo obrizum fiat diadema. *Nam sicut à cibo tota vita pendet unà cum suis actionibus & affectionibus; ita etiam à labore pendet, quidquid in rebus bonum est.* (m) Caroli Magni, Imperatoris Maximi dictum erat. Ille Princeps censetur optimus, cui nomen *Adamus*, cognomen *Abrahamus*; hoc est, qui laboriosus ut Adamus, devotus ut Abrahamus. Enimverò Principem oportet esse non minus patientem laboris, quàm capace[m] honoris. Julii Maximi



Maximi Imperatoris symbolum erat; *Quò ma-  
 jor, hoc laboriosior.* Nempe Alexandri Magni  
 exemplo, qui dicere solebat, nihil esse magis  
 regium, quàm laborem. Et verò si necesse est,  
 ut Princeps sit imbutus optimis scientiis, ne cæ-  
 cus cæcos ducat; alia certè ad scientias non da-  
 tur semita, nisi laboris. Arcem Musæ inco-  
 lunt in sublimi positam, quia ad eruditionem  
 aspirantibus, enitendum est per ardua. Para-  
 doxum est, velle conspici ac suspici, & tamen  
 nolle ad alta Musarum scandere. Taciti sci-  
 tum est: *Optimos mort alium altissima petere. (n)*  
 Verbo solertissimus morum Magister Seneca:  
*Hoc est, quòd Musæ montana incolant; adiri vo-  
 lunt; sed per clivosa & ardua. (o)* Hos ipsos,  
 quos manu terimus, libros consule, qui ad  
 æternitatis famam evoluturi, sub prælo typo-  
 graphico sudant cum glorioso dicto: *Premat,  
 dum imprimat.* Hoc sensu David, tam sceptro  
 quàm militiâ Rex: *Labores manuum tuarum  
 quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit. (p)*  
 Hannibal, Carthaginensis militiæ prodigium,  
 non minor Romanorum quàm otii fuit hostis,  
 crediditque vitæ suæ decedere, quod sopor eri-  
 puit tempus. (q) Non aliunde Fasces, nisi è  
 quercu, laborum symbolo. Laconicè Salomon:  
*Manus fortium dominabitur. (r)* Draco intra  
 He-



Hesperidum hortos interficiendus est, si poma aurea cupias. Horribilis dentibus, & linguâ trifulcâ formidandus Draco in Colchide superandus est, si Vellus aureum desideres.

- - - *Nil sine magno*

*Vita labore dedit mortalibus. (s)*

Verissimè Pindarus; *si aliqua est inter homines felicitas, ea non sine labore existit.* Ecquid homo refugiat laborem, qui nascitur ad laborem? (t) Ecquid Principi difficilis sit labor, qui, ut laboret, Princeps est? Hercules clavâ, seu tolerati laboris symbolo, munitus, inter Coeli constellationes recensetur, octo supra viginti satellitibus stellis (si Keplero fides) conspicuus; futurus certè palustris uliginis cum Pythone inquilinus, nisi clavam pro bono publico rotâisset indefessè. Herculis ore Seneca;

- - - *Labor mihi*

*In astra, & ipsos fecit ad superos iter. (u)*

Apprimè Philippus III. Dux Burgundiæ; ex connexis inter se chalybeis laminis & flammivomis filicibus suspendit aureas arietis exuvias, propriam equestris Ordinis sui tesseram. Genio prorsus eodem Carolus, fortissimus Burgundionum Dux, Caroli V. Imperatoris Proavus, sodalitatem è viris lectissimis instituit, cui ab Arietino capite cognomentum indidit,



didit, & singulis aureum hoc caput gestandum dedit. Aries enim, Pierio teste, apud veteres heroicæ fortitudinis ac invicti laboris hieroglyphicum fuit. (w) Unde quassandis hostium mænijs veteres Romani admovêre arietem, cui ex Mantuano Vate subscripsit Saavedra: *Labor omnia vincit.* (x) Et verò si labor in homine laudandus est, ille præ omnibus excellit, qui pro patriâ fit. *Nullus casus pro dignitate & libertate patriæ non ferendus est.* (y) Illi sunt veri Patres patriæ, qui patriæ incolumitati parentes ac propriam vitam postponunt. *Chari sunt liberi, propinqui, familiares; sed omnes omnium charitates patriæ una complexa est, pro quâ quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?* (z) Rex Atheniensium Codrus interitu suo fecit, ne Athenæ interirent. Curtius in terræ voraginem se præcipitavit, ut patriæ saluti consulere. Duo Decij ultrò se devoverunt patriæ victimas, & cum ipsorum vita obesset victoriæ, morte suâ fecerunt, ut vinceretur hostis. Nempe

- - *Amor patriæ ratione valentior omni. (aa)*

Quid dignius labore, qui tanto est præclarior, quò difficilior? Dedignantur sublimes animi, nec facillè committunt, ut Sisyphi saxum grandi brachio volvant, Ardua mo-

B

liun-



liuntur, eaque duratura, quia laborant Æternitati. Non facilè Domitiani sunt, qui pectora muscis majora habent. Nobilis animus in labore sentit solatium; quia *omnes labores otio jucundiores sunt, dum illa consequuntur homines, quorum gratiâ laborant.* (bb) Inter Equestris hujus Ordinis leges, una est; *Eques portet hanc torquem aurei velleris ad honorem Dei, Ecclesiæ Catholicæ defensionem, ordinis incrementum, & propriam gloriam.* (cc) Indefessi laboris negotium est, eam tueri Ecclesiam, cui evertendæ nunquam non ex insidijs stat hostis. Neque malè dixeris, firmam petram esse Augustam Velleris aurei Sodalitatem, supra quam securas bases fixit Ecclesia. Huic petræ innixa Ecclesia, epigraphen meretur; *Non commovebitur.* Hoc Monte solidatum Imperium Romanum, frustrâ infestatur, quia premi potest, non opprimi. Nam *tuendam majorum Religioni, & augendo, stabiliendoque Imperio, Equitum Velleris aurei sodalitium longè augustissimum institutum est.* (dd) Inter Montis hujus fastigia sublimem locum obtinet Illustrissima Domus Lamber-giana. Si nomen spectes, facile habebis omen; cùm *Lamberg* Germanis, Latinis sit *Mons Agni*. Facestant Poëtarum commenta, qui ex aurei Velleris torque imaginem *Arietis Phry-*



*xai* suspensam asserunt. Sanctius & magis Chri-  
 stianè cum melioris notæ Authoribus (*ee*) dici-  
 mus, imaginem illam esse *Agni Gedeonici*, tan-  
 toperè in sacris Literis celebrati. Sub his Agni  
 Gedeonici signis laboriosam impendit ope-  
 ram Excellentissimus Aurei Velleris Eques JO-  
 ANNES MAXIMILIANUS Comes à Lam-  
 berg, simillimarum Prolium JOANNIS  
 PHILIPPI, & FRANCISCI JOSEPHI opti-  
 mus Parens. A Ferdinando II. aureâ clave  
 donatus, postea Ferdinando III. in vindican-  
 dâ Imperio Ratisbonâ, & hoste ad Nordlingam  
 prosternendo, fidelissimè semper inservivit.  
 Mox ad Consilia Aulico-Imperialia vocatus,  
 inter difficillimas commissiones & ardua ne-  
 gotia indefessum adhibuit laborem. Et quia  
 Nobilis animus in assumendis laboribus ean-  
 dem cum horologio rotato epigraphen susti-  
 net; *Noctes atque dies.* (*ff*) Idcirco JOAN-  
 NES MAXIMILIANUS cum adultioribus an-  
 nis crevit ad majora & sublimiora semper Cæ-  
 sarum munia. Et licet alijs Mors sit *ultima li-*  
*nea rerum*; JOANNI MAXIMILIANO ta-  
 men *meta nulla laborum*; Unde ut etiam mor-  
 tuus apertos haberet ad publicum bonum o-  
 culos, gemina reliquit Reipublicæ Lumina,  
 JOANNEM PHILIPPUM, & FRANCIS-  
 CUM

Eter-  
 ctora  
 in la-  
 tio ju-  
 nines,  
 uestris  
 t hanc  
 cclesie  
 m, &  
 nego-  
 tendæ  
 Neque  
 ustam  
 ecuras  
 Eccle-  
 bitur.  
 num,  
 n op-  
 & au-  
 elleris  
 utum  
 imem  
 nber-  
 bis o-  
 Mons  
 qui ex  
 Phry-  
 xai





CUM JOSEPHUM, utrumque LEOPOLDI MAGNI intimum Consiliarium. Gloriæ flamma, quam coram Deo & Mundo copiosissimam ostendunt, alia non est, nisi ex Aurei Velleris chalybe ac filice, paterno videlicet & proprio labore, excussa; dum ille clavum Passaviensem, iste Superioris Austriæ inter diversas negotiorum vicissitudines indefessè sustinet. Ea est Lambergiana Dialectica, ut uno objecto fatiari nescia, RES OMNES sive promovendas sive propulsandas pro objecto materiali proximo habeat. Nihil enim ignorandum est homini, cui commissa sunt omnia. Secuturae felicitatis hæc est maxima, *scire OMNIA*.

- (a) Senec. Ep. 3. (b) Philam. apud Stob. serm. 29. (c) Eurip. apud Stob. serm. 29. (d) Claud. 3. Stilic. (e) S. Hieron. in Epist. (f) Ovid. l. 4. Trist. Eleg. 3. (g) Latin. Pacat. in Pan. Theod. (h) Senec. l. de Consol. c. 20. (i) Bullarium To. 1. Constit. 8. (k) Lipsius l. 4. Admir. c. 12. (l) Gen. 1. v. 16. (m) Philo l. de Abel. sacrif. (n) Tacit. l. 4. Annal. (o) Senec. Epist. 104. (p) Psal. 127. v. 2. (q) Sil. Ital. lib. 12. (r) Prov. 12. 24. (s) Horat. l. 1. Sat. 9. (t) Job. 5. v. 7. (u) Senec. Herc. Oet. act. 5. (vv) Pier. l. 10. Hierogl. c. 26. (x) Virgil. Georg. l. 1. (y) Cicero l. 1. off. (z) Cicero Philipp. 13. (aa) Ovid. l. 1. de Pont. Eleg. 4. (bb) Stob. Verm. 29. (cc) Myrens l. c. (dd) Bexenfeld. Eth. Symb. folo 200. (ee) Virgil. l. 6. Aeneid. (ff) S. Greg. l. 5. Moral.

FORTI-



# FORTITUDO INTER ADVERSA.



## ECTHESIS III.

**I**Nter omnia animalia, dum nascuntur, solus homo plorat. Prodromus hic naturæ fletus est, quanta calamitatum tempestas nos in vitæ pelago maneat. Has lachrymas dixerim pluvias, quæ nautis argumento sunt, ut imminencia tonitrua ferant fortius. Et quia nemo miser, nisi qui miserum se esse intelligit: idcirco Dialecticâ tam politicâ quàm polem-





câ opus est, quâ intellectûs nostri actus inter tot eventuum sophismata & paralogismos, veluti procellas, dirigantur. Facilè hos impetus sustinet, qui scit, *nihil infelicius esse eo, cui nihil unquam evenit adversi.* (a) Vir bonus misericordici, non esse potest. Atlas est sub quolibet pondere, & nulla res illum minorem facit. Nescit gaudere, qui nunquam doluit. Unde naturâ comparatum est, ut prosperorum cursus nunquam sit continuus. Generosa indoles, quò pluribus examinata periculis, tantò clariore diffundit gloriæ radios. Inamæna jacet cythara non percussa; & in melioribus Musurgia libris raræ sunt pausæ, multa suspiria. • Inter collisos ventos augetur flamma; & *molestijs exercitata vita justorum, splendidius enitescit.* (b) Durandum est sub duris, quia teruntur, ut niteant Gemmæ. Splendidus est Velleris aurei silex, qui tamen non nisi percussus concipit ignes. Gloriæ ac honoris hi ignes sunt, qui tamen aliis parentibus nasci non poterant, nisi durissimo chalybe ac silice. *Apparet virtus, arguiturque malis.* (c) Aureo Velleri, à se instituto, inscripsit sapientissimus Burgundionum Dux, Philippus: *Antè ferit, quàm flamma micet.* Liceat cum secundo Pacato exclamare: *O quàm utile est, ad usum secundo-*



*dorum per adversa venire ! (d) Verissimè Poëta;*

*- - - Rare fumant felicibus aræ. (e)*

Ovum in aquâ falsâ sublime fluitat, in dulci mergitur. Laurus dum flagrat, fragrat, & amænum spargit odorem. *Non est arbor solida nec fortis, nisi in quam frequens ictus incur- sat; ipsâ enim vexatione constringitur, & radi- ces certius figit. Pro ipsis ergò bonis viris est, ut esse interriti possint, multùm inter formidolosâ versari, & equo animo ferre, quæ non sunt ma- la, nisi malè sustinenti. (f) Eruditus Cardanus quærit, cur Rosæ armentur spinis? Post pro- lixam è Philosophiâ dissertationem concludit: si Rosa spinifera non sit, nec odorifera erit. Et quia eò plus odoris, quò plus spinarum ha- bent: idcirco Rosæ sylvestres paucioribus qui- dem rigescunt spinis, imbecilli tamen, licet suavi, sunt odore.*

*Armat spina Rosas, mella tegunt apes;*

*Crescunt difficili gaudia jurgio. (g)*


Amedeus VIII. Sabaudix Dux geminos pyrobolos, in hostem sparfos, hoc insignivit lemmate: *Facti crescimus.* Fortitudo enim plurimùm incrementi capit ex hostium robo- re, neque fortem se probat, qui adversantem non experitur impetum. *Crescit in adversis vir-*



*tus.* (b) Providè censebat Cato, Carthaginem non delendam, ne Romanorum fortitudo langueret; Væ præfagiens Romæ, si Carthago non steterit. (i) Natura ipsa, Spartanæ Matris indole, quos à flagellis educat liberos, herôes nutrit, timendos simul & amandos à Mundo. Splendor & aciës pugionis ex cote advenit, *& si non haberemus, qui adversum nos obsisterent, agones non essent, nec victoribus munera ponerentur.* (k) Decumanis procellis vapulans, indurescit fortitudo; quercui non ab-similis, quæ concussione firmatur. Nemo sub tam benignâ fideratione hætenus vitam auspicatus est, cujus horoscopum non attemperâsset sinistrum aliquod astrum. Dijs ita volentibus, nullum est absque dolore bonum. *Nihil quidquam homini tam letum datum est divinitus, quin ei admixtum sit aliquid adversitatis. Etiam in amplissimâ quâque letitiâ subest quæpiam querimonia, conjugatione quâdam mellis & fellis; ut, si quid illud solvit, hoc restringat.* (l) E Platonis apologo, Voluptas & Dolor inter mutua convicia ad Jovis tribunal stare jussi sunt; Cùm verò pacem inter eos conciliare frustrâ niteretur Jupiter, ambos catenâ adamantinâ colligavit, ut, licet odiis etiam gravissimis inter se collisi, semper tamen simul essent,

sent,





sent, seseque mutuò comitarentur. (m) Ean-  
dem cum ferro rubiginem ex otio contrahit  
homo, cujus pectus, quò acerbioribus jacta-  
tum ictibus, tantò evadit splendidius. An  
fidem abnuis? Intuere in igne Scævola, in  
veneno Socratem, in egestate Fabricium, in e-  
xilio Scipionem, in morte Catonem, in pro-  
prio ex sanguinem sanguine Senecam. *Rutilij In-  
nocentia ac virtus lateret, nisi accepisset inju-  
riam. Dum violatur, effulget.* (n) Proinde si  
Adversarij tibi succenseant, acuant in te lin-  
guas, stringant stylum; forti sustineas animo.  
Nam punctiones hæ, quò magis penetrant,  
eò plus decorant. Talia vulnera sunt orna-  
menta, meritorum testes, & posteritatis mo-  
numenta. Tela, supra machinam textoriam  
arctè distenta, & Phrygionum acubus passim  
transfixa, tot æstimationis accipit pretia, quot  
vulnera; sicque *major ab inflicto vulnere ve-  
nit honor.* (o) Post ærumnas è vestigio illuce-  
scit felicitas; sicuti fumum, calamitatis typum,  
illicò subsequitur lumen. Confidentissimè Jo-  
bus. *Rursum post tenebras spero lucem.* (p)  
Etiam putridis lignis sua est lux; & Jobo ex  
putredine, in sterquilinio contractâ, plus ac-  
crevit splendoris, quàm ex aureo folio. Aureo  
ori, id asserenti, orede: *Sterquilinium Jobi quâ-*



*vis regali sellâ splendidius.* (q) Imò ipsa quoque  
*Jobi ulcera solaribus radijs splendidiora erant :*  
 (r) Persecutores constituti sunt à Natura auri-  
 fabri, ut coronas felicitatis cudant. Joseph,  
 ejusdem cum Themistocle sortis, ne periret,  
 periit; Cùm mallet servili compede, quàm he-  
 rili amplexu constringi, ac carcerem subire  
 potiùs quàm mereri, instar prudentis serpen-  
 tis, ex carceris angustijs evasit augustior; actu-  
 rus certè inter Palæstinæ opiliones ingloriam  
 vitam, nisi artifex persecutio informe pedum  
 in sceptri fastigium cacuminâset. Plerosque  
 citius in portum detulit tempestas, quàm ma-  
 latia. Nemo celeriore impetu ad dignitatem  
 fertur, ac quem heroicorum facinorum gravat  
 pondus. Herculem monstra probant, Ty-  
 phin maria, Achillem prælia;

*Hectora quis nôsset, felix si Troia fuisset?*

*Publica virtutis per mala facta via  
 est.* (s)

Sapientibus problema est; num plus ad-  
 versitatis habeat adversitas, quàm prosperi-  
 tas? Spongia, dum comprimitur, exprimit li-  
 quorem; laxata, tumescit. Hierosolymæus  
 Rex David inter tot publicas privatasque cla-  
 des, inter suorum cædes & funera, in tantâ ca-  
 lamitatis vicissitudine, velut in falsissimis un-  
 dis,



dis, supernatabat erecto semper, celsaque ani-  
 mo, vir secundum cor Dei, qui se ipsum ad  
 omnes nutus Divinos accuratissime formabat.  
 Contrà, Filius ipsius Salomon in dulcibus de-  
 litiarum ac voluptatum stagnis miserime suf-  
 focatus perijt. Proin merito investigant E-  
 thici, cur homini difficilius sit prosperam,  
 quàm adversam fortunam pati? Respondent,  
 nimio fortunæ favore & adulatione mentem  
 nostram dejici de statione rationis; difficilli-  
 mum autem esse, superare id, quod hominem  
 ratione ac judicio privat. Leo, sive fuerit in  
 carcere, sive in regiâ, Leo est, *nec mutat for-  
 tunagenus.* (t) Alphonsus Arragoniæ Rex, ta-  
 met si bello captus, auctoritatem ac majestatem  
 regiam ita servavit incolumem, *ut interdum  
 victoribus ipsis non victus, sed victor appareret.*  
 Unde ab hostibus retulit id elogij: *In omni for-  
 tuna Alphonsum & videri & existimari meritò  
 Regem.* (u) Ad omnem fortunam compositus  
 fit vir, feratque fortiter, quidquid adversitatis  
 aut felicitatis acciderit. *Fortitudo est immobilis  
 inter adversa, res arduas pulchrè administrans,  
 qua nec adversis infestando frangitur, nec prospe-  
 ris blandiando elevatur.* (w) Compendio  
 Poëta:

Optima



- - - *Optima mens est,*

*Per bona nolle malum, per mala velle  
bonum. (x)*

Ridet fortunæ sive jacula sive basia, qui re-  
cti & honesti centrum ratione attigit. Ipsam  
etiam inconstantiam vertit in suæ constantiæ  
encomium. *Magnum, Deoque vicinum est, non  
concuti. (y)* Paulus Dei genere se natum glo-  
riatur; *Genus ergò cum simus Dei. (z)* Eccur  
ita? quia à Deo, generis sui stirpe, nec poterat  
avelli carcere, nec quocunque alio supplicio.  
Quin imò, ausus est provocare quosvis ferales  
sævientis fortunæ satellites. *Quis ergo, inque-  
bat, nos/eparabit à charitate Dei? tribulatio?  
an angustia? &c.* Nimirum, *gaudia habebant  
in catastâ, qui Christum prædicabant inter tor-  
menta. (aa)* Perduellium antesignanus, Ga-  
briel Bethlenius, Transylvania Princeps, de  
Ferdinando II. Cæsare testatus est: *Difficile ac  
dubia aleæ plenum opus esse, pugnare contra Fer-  
dinandum, quem nec adversa dejicerent, nec  
prospera extollerent; (bb)* addo ego; cui Chri-  
stus è cruce pendens dixit; *Ferdinande, non te  
deseram.* Hâc Christi voce elevatus Ferdinan-  
dus, superior erat quâcunque Mundi sorte,  
& instar Solis, in eas ipsas nubes spargebat lu-  
cem, à quibus infestabatur. Venti, dum na-  
vim



vim feriunt, ferunt ad portum; & flumina, cum defluunt, affluunt. *Adversares homines domant, & docent, quid factos sit opus.* (cc) In terram concidit pila, nisi alternis ac continuis jactationibus teneatur sublimis. Argentum, igni impositum, candescit, aliàs rubigine ac terræ facibus consumendum. *Magis Deos miseri, quàm beati colunt. Frangitur calamitosis animus, & ipsa se infelicitas damnat. Diligentius Dij coluntur irati.* (dd) Vitis gemmat post gemitus; & per angusta augustior evadit serpens, tantoperè ob hanc prudentiam in sacris Literis deprædicatus. Sigismundi Cæsaris calculo, illi ad angusta Cæsarium subsellia sublimandi sunt, qui neque secundis rebus insolescunt, neque adversis franguntur. Utriusque fortunæ à primâ ætate in hanc usque diem, augustum theatrum est LEOPOLDUS, vel ex eo capite MAGNUS, quòd olympum referat, nullâ feriendum grandine, quia toto vertice suprâ est. Dum accepit Imperij Globum LEOPOLDUS, ita volubilem & assiduo discrimine jactatum expertus est, ut vix tot momenta in Imperio suo numeret, quot vicissitudines. Vitream Archimedis sphæram dixeris Imperialem hunc Globum, æquè fragilem ac pulchram. *Hæc tamen usque eò animum Socratis*  

(LEO-



(LEOPOLDI) non moverunt, ut ne vultum quidem moverint. Non hilariorum quisquam, non tristiorum vidit. Æqualis fuit in tantâ fortune inequalitate. (e e) LEOPOLDO, adhuc Archiduci, hujus æquanimittatis Magister fuit JOANNES MAXIMILIANUS de LAMBERG, dum firmatâ Monasterij pace, Vienneam redux, supremum ipsius Præfectum egit. LEOPOLDO dein, ad Imperij fastigium elevato, ejusdem æquanimittatis & spectator & individuus in utrâque fortunâ Comes fuit, accitus imprimis in supremum Camerarium, & paulò post in supremum Augustissimæ Aulæ Præfectum; eâdem cum Phosphoro conditione, qui Solis tam Eoi, quàm occidui assiduus ac indefessus comes est. Nulla Solem infestat nebula, quin & Phosphori obsistat luci. Nil tamen ex his obstaculis timendum Soli, qui etiam fluctuantes in omnem partem spicarum glumas tandem croceo insignit colore & in aurum mutat. Eandem felicitatem cepit JOANNES MAXIMILIANUS ex vertumnæ Fortunæ lusibus, quos Augusta Solis Austriaci Chrysopeia convertit in Aureum Vellus, insignem Fortitudinis ac Fidelitatis Lambergianæ coronidem. Proin Lambergiana Fortitudo perspicacissimi intellectus sui actus pro Cæsaris

ris  
fit

(a)



ris ac Patriæ incremento ita direxit, ut in pace  
sit dives oleis, in bello laureis.

- (a) Senec. (b) S. Aug. de Nat. & grat. c. 23. (c) Ovid. l. 4. Trist. (d) Plin. in Paneg. (e) Silius Ital. de Bell. Pun. l. 7. (f) Senec. lib. cur bonis viris c. 8. (g) Claudian. in Epithal. Honorij. (h) Lucan. lib. 3. (i) Paul. Manur. apoph. fol. 113. (k) Origen. Hom. 14. in L. Num. (l) Apuleius l. 2. Florid. (m) Plato in Phaedro. (n) Seneca Ep. 79. (o) Jacob. Catsius in Epig. (p) Job. 17. v. 12. (q) S. Jo. Chryf. in Cat. Grec. (r) Idem Hom. 5. ad Pop. (s) Ovid. l. 4. Trist. (t) Horat. in Epod. (u) Panorm. l. 5. c. 88. (vv) Cicero in Rhet. (x) Pia Hilar. fol. 273. (y) Senec. de Tranquill. (z) Act. 17. 29. (aa) S. Aug. in Psal. 96. (bb) Lamorm. in Vit. c. 30. (cc) Aul. Gell. l. 7. c. 3. (dd) Senec. l. 8. Contr. 1. (ee) Senec. Ep. 104.

NOBI-

qui-  
, non  
rtuna  
c Ar-  
fuit  
AM-  
Vien-  
egit.  
eve-  
x in-  
acci-  
n, &  
Aulæ  
litio-  
duus  
estat  
Nil  
qui  
rum  
& in  
JO-  
nnæ  
riaci  
infi-  
anæ  
cudo  
æfa-  
ris



# NOBILITAS, INCITANS AD HEROÏCA FACTA.



## ECTHESIS IV.

**M**agnarum mentium magna demonstratio est Nobilitas. Occultâ vi ad sublimiora feruntur Nobiles, quò non contendunt plebeji. Illud ipsum quidem plebejo est simulachrum carneum quod Nobili, dum uterque ex humo nascitur homo. Provida tamen fecit Promethei ferula, ut, quos volebat Nobiles, sublimiore animaret flammulâ,

ac



ac mentis præstantissimæ compotes efformaret. Unde

*Ignis est illis vigor, & celestis origo. (a)*

Stellarum lux præ sublunari æstimatur, quòd vetustam & cum Sole fixam habeat. Spuria econtra lux est, quam terrei vapores momentaneo pariunt fulgure. Magnus homini splendor accedit à natalibus, quos in ipso statim ortu voluere Dijs esse illustrissimos. Refragor Satyrico, credoque, multum stemmata facere; ac prodesse plurimum, longo sanguine censerì. Claritas Majorum est splendor filiorum; nec ideo fulgere cessant sidera, quòd Soli suam debeant lucem. Margarita, etiam dum conchæ inclusa est, æstimatione superat vulgare saxum. Excelsior indoles, & emnendi cupiditas provocat nascentem Aquilam ad ardua, ad quæ non aspirat etiam adultus bubo. Aurum etiam intra cavernas montium præstat circumfusæ glebæ. Habent Nobilium incunabula quoddam parergon, haud rependiendum in vulgi cunis. *Laudabilis vena suam servat originem, & fideliter posteris tradit, quæ in se gloriosâ transmissione promeruit. (b)* Cicindela ignis ab ortu est, habentque Nobiles congenitam flammam seu generositatis, ut Hercules; seu odij in hostes, ut Hannibal; seu sapien-

C

sapien-

non-  
i ad  
non  
ple-  
obili,  
vidæ  
vole-  
ulâ,  
ac



sapientiae, ut Pallas, è Jovis cerebro progenita. Sicuti Cypressus tantundem crescit majestate & celsitudine, quantum annis; ita Nobilitas sortitur gloriae incrementum tantò amplius, quò plura ab exordio suo numerat saecula. Deus ipse, naturâ nobilissimus, antiquus dierum cognominari vult. (c) *Vix unquam obliteratur prolixus labor Majorum*, (d) duraturus in posteris, in quibus Philosophus *Hercum gloriam immortalem* (e) dicit. Hercules, etiamnum in cunis vagiens, discerpit serpentes, quia Jovis & Alcmenæ filius. Ita naturâ comparatum est, ut parentum ingenia & affectus potissimum in filiis reluceant. *Juxta conversationem parentum saepè proveniunt merita filiorum, ut & honestis progenitoribus proles honesta respondeat; & reproba reprobis in pravitate concurrat.* (f) Nobilium nobile paradigma Carolus Emmanuel, Sabaudia Dux, cum in defuncti Parentis solium succederet, symbolum sibi pinxit pullum Aquilinum, cum lemmate, *Non degenero*. Ea enim nascentium Aquilarum est indoles, ut irretorto in solem oculo, documenta dent, quâ sint origine nati. Plura ijs impertiri debuit Natura, quos in publicæ dignitatis splendorem vocavit. Bel-luarum Regem jubatum voluit; & fontes clario-

rio  
inc  
tat

qu  
qua  
no  
per  
fe  
est  
mu  
nea  
cêr

tur  
ter  
pti  
dul  
mi  
& i



riore salientes alveo. Cæcus fit, qui humanam indolem, ceu Solis lucem, non jam in ipsâ ætatis aurorâ elucescentem cernit.

*Scilicet est olim vis rerum in semine certa,  
Et referunt animos singula quæque Pa-  
trum. (g)*

Ex Legibus cumulatè demonstrat Tiraquellus, Nobilitatem tantò esse meliorem, quantò antiquiorem. (i) Baldus distinguit nobilitatem in incipientem, crescentem, & perfectam. (k) Unde fit, quòd nulla sit perfecta nobilitas, nisi quæ antiquitate involuta est. Quia *Turnus avis, at avisque potens*, (l) multos in suas partes traxit, ut adversùs Æneam sequerentur signa Turni. Didonem fecere inter Deas nobilissimam

*Fortia facta Patrum, series longissima re-  
rum*

*Per tot ducta viros, antiquæ ab origine  
gentis. (m)*

Quemadmodùm *promissa Deorum habentur pro factis*, (n) ita pro Nobilibus, ceu Dijs terrestribus, tanta Legum ac fidei est præsumptio, ut, si quidquam promiserint, æquè indubitatum sit, ac si jam adimpleta esset promissio. *Nescit amor priscis cedere imaginibus*, (o) & illam frangere in promissis fidem, quam in-



concuſſam ſervârunt Majores. Prodeſt igitur, longo ſanguine cenſeri, pictos oſtendere vultus Majorum, & ſtantes in curribus Æmilianos. Neque eſt, quòd operoſè inveſtiget Ethica, cur Infantes, è vili ſanguine nati, plerumque non ſint tam amabiles & dulces, ut Nobilium liberi; ſicut enim horum educatio eſt melior, ita & genius. Etiam equus plerumque talis eſt, qualis fuit ejus à teneris educatio. Hedera, vix nata, ſuſtinetur columnis & parietibus, ut in altum excreſcere poſſit; dum vilis alga inter terræ pulveres relicta obſordeſcit. Creſcunt illuſtrium filij inter omnium amores & illecebras; hæc ipſa autem tractandi dulcedo ſua ve reddit omne animal, etiam ſylveſtre & inter dumeta natum. Ex neglectâ pauperum liberorum curâ crudelicitas indoles, & ſcabritiem induit, ut gladius ex vagina aſpera, nulloque intus byſſo Damasceno obductâ. *Ut Philoſophus dicitur Philoſophum generare, ita magis ad nobilitatis virtutes trahitur, qui de genere nobili procedit.* (p) Ex Ariſtotelis Politica; Nobilitas & educatio ad faciendam fidem adhibentur; ac verifiſimile eſt, probum ex probis naſci, & benè educatum in probum virum evadere. (q) Ipſæ etiam Majorum imagines inſtar ideæ ſunt, ad quam ſuas actiones efformet Nobilis. *Circumſtant Nobilem ſumma authoritates*



tates, quæ ipsum oblivisci laudis domestica non sinunt. Diu noctuque commonefaciunt, fortissimum ipsi Patrem, sapientissimum avum, gravissimum socerum fuisse. (r) Sallustius in Bello Jugurthino testatur; sæpè audivi ego Quintum Maximum, Publium Scipionem, aliosque præclaros civitatis nostræ viros dicere; cùm Majorum imagines intuerentur, vehementissimè sibi animos ad virtutem accendi. (s) Sicut olim Germanicæ generositatis, ita & nunc antiquissimæ nobilitatis supremum in tota Europa decus est. Unde apud exteras quasvis nationes nobilissimus quisque Stirpem suam ex Germanorum vetustissimâ gente derivat. Hispanæ Nobilitatis flos suam originem à Germanica Gothorum gente repetit. Gallia ut libertatis, ita & Nobilitatis exordium clarissimis Germanorum Francis debet. Anglos & Belgas Teutonicæ originis esse, quis neget, nisi qui dialectos ignorat? Saxonibus oriundi Britanni, Cimbris transalpinis Belgæ. Inter primos suum extollit Polonia Sigismundum, Dania Christianum, Suecia Gustavum Adolphum, Germaniæ decora. Quidquid Itali in Nobilitatis suæ honorem magnificè dicunt, semper in laudis partem advocant Parentes Germanos. Ita Antonius Campanus Italus; *Germana Nobilitas totum penè orbem, ut fons*



*uberrimus, inundavit; ut nullæ gens, nulla regio sit, quæ non suam Nobilitatem à vobis habere gaudeat, jactet, letetur. (t) Inter hæc Nobilitatis Germanæ fastigia plurimum excellit Illustrissima Domus Lambergiana, tam sæculis, quàm continuis in patriam meritis celeberrima. Si vetustatem spectes, eundem cum Nilo fontem habet, qui deducto in vasta spatia alveo, nunquam deprehenditur angustus, nunquam parvus. Ortum Lambergici Sanguinis frustra investigas, cum Volradus de Lamberg ipso jam undecimo post Christum natum sæculo fuerit Austriæ Toparcha; quæ tum temporis summa erat post summos Provinciæ Principes dignitas. (u) Berengerus & Rudolphus de Lamberg sæculo decimo tertio in exordijs Universitatis Viennensis cognominantur Austriæ Reguli. (w) Dietmundus de Lamberg decimo quarto sæculo Alberti Regis & Austriæ Ducis Præfectum curiæ egit. (x) Avitæ Nobilitati Lambergicæ firmamentum addit prima Velleris aurei lex, à Philippo Burgundo sancita, ut nullus ad eam Sodalitatem assumatur, nisi vetustâ nobilitate natus. (y) Neque huic Legi sua deficit ratio; *Consentaneum enim est, meliores esse naturas ex nobili genere, quàm ignobili. (z) Et ex melioribus nasci meliores.* (aa) Compendio Magnus Basilius*

lius



lius, *Omnia fiunt per antiquitatem meliora.* (bb) Si merita spectes, tot habebis illorum testes, quot in Europa Provincias. Populorum acclamationes, Regnorumque encomia debentur incorruptæ Præsidium Justitiæ, invictæ Belliducum Fortitudini, indefessæ Ministrorum Fidelitati, vigilantibus sacrorum Antistitum Pietati, quales Imperio, Regnis, ac Ecclesiæ suppeditavit Excellentissima Prosapia Lambergiana; ut anceps hæreas, num hujus antiquitas plus ornamenti tribuat meritis ac virtuti Lambergianæ, vel merita ac virtutes antiquitati. Exterus & emendicatus ille splendor est, qui solâ parentum nobilitate nititur. *Nobilitas à me procedens, est mihi cordi plus, quàm quæ ex Patrum procedit nobilitate; quia in quo desinit cujusque nobilitas, tunc avorum nobilitate congruè indiget.* (cc) Qui sine virtute nobilis est, Æsopi corvum agit, alienis superbum plumis. Otum repræsentat, qui nec sui, nec usui est. Cùm Alphonsus, Aragonum Rex, miris encomijs celebraretur, quòd non tantùm Rex, sed & Regis filius, Regis frater, & nepos Regis esset; respondit, suam laudem malè emendicari ab avorum majestate aut fortunæ donis; sed à proprijs factis ac virtutibus desumendam esse. (dd)

regio  
 bere  
 obi-  
 it Il-  
 æcu-  
 eber-  
 n Ni-  
 patia  
 nun-  
 uinis  
 berg  
 n sæ-  
 tem-  
 nciæ  
 dol-  
 ex-  
 nan-  
 am-  
 is &  
 Avi-  
 ad-  
 Bur-  
 item  
 (y)  
 mt a-  
 nobili  
 s na-  
 Basi-  
 lius





*Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra voco. (ee)*

Quem Natalium splendor in lucem edidit, dedecet nisi in luce publica illustrem fovere animam. Ad hoc Majores reliquere posteris suis opulentiam, ut comparent generis & statûs ulteriores honores. Viro Nobili melior est caligo oculorum, quàm nominis. Ille reverà est Nobilis, qui ad vitia non est mobilis. Utinam & virtus semper esset Nobilibus hæreditaria, sicuti Nobilitas! Qui sine virtute Nobilis est, non est ipse Nobilis, sed alius. Lepidè se jactat cæcus, parentes sibi fuisse oculatos. *Miserum est, aliorum incumbere fama. (ff)* Contemptui habetur pharmacopolium, cujus pyxides, oblongâ serie per diversa pegmata superbè collocatæ, nihil eorum continent, quorum titulos præferunt. Vilissima est teredo, quæ ex nobilissimâ arbore nata, ejus radicem vitiat, radit, corrumpit. Oportet *non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem. (gg)* Regula architectonica, non quàm formosa, sed quàm recta fit, quæritur. *Satius est, meis gestis florere, quàm majorum opinione uti; & ita vivere, ut sim posteris meis nobilitatis initium, & virtutis exemplum. (hh)* Unde Augusti Ordinis equestris nobilissima præceptio est; *Non solum antiquæ nobilitatis sunt, sed etiam meritis ac*  
gene-




*generosis factis exercitati.* (ii) Ad hanc normam composita Lambergiana domus, prole suâ felix est. Sanguinem suum, nullâ vulgi fæce contaminatum, per plurimos heroës eousque deduxit, donec Torquata evaserit; Aureo nimirum Vellere in JOANNE MAXIMILIANO & FRANCISCO JOSEPHO excellentissima. Ex his ergo demonstrationibus de illustrissima Propagine Lambergiana concludit gratulabunda Dialectica;

*Quis venerabilior sanguis, quæ major origo (kk)*

- (a) Virgil. 6. *Æneid.* (b) Cassiod. l. 3. *Epist.* (c) Dan. 7. v. 9. (d) Pindar. *Istm.* 5. (e) Aristot. in *Polit.* (f) S. Pet. Dam. *serm.* 19. (h) Marull. (i) Tiraquell. *To.* 1. de *Nobil.* c. 19. (k) Bald. in *L. Nobiliores.* C. de *Commerc. & merc.* (l) Virgil. 7. *Æn.* (m) Virgil. 1. *Æn.* (n) Servius apud Tiraqu. c. 20. n. 23. (o) Propert. l. 1. *Eleg.* 5. (p) Cyn. in *l. providendum.* C. de *Postul.* (q) Aristot. l. 3. *Polit.* c. 16. (r) Cicero in *Verrem.* (s) Sallust. in *Bello Jug.* (t) Camp. in *orat.* Ratisb. apud Lansium in *Consultat. de Princip.* fol. 121. (u) Lazius de *Migr. Gent.* l. 6. (vv) Lazius *ibid.* (x) Lazius *ibid.* (y) Guicciardin. in *Descrip. Belg.* fol. 57. (z) Plato l. 1. *Alcibiad.* (aa) Aristot. l. 3. *Polit.* c. 8. (bb) S. Basil. *serm. de Fejun.* (cc) Cassiod. in *Epist.* (dd) Panormit. l. 2. de *reb. Alph.* (ee) Ovid. l. 13. *Metam.* (ff) Juvenal. *Sat.* 8. (gg) Horat. de *arte Poët.* (hh) Cicero *Orat. cont. Sallust.* (ii) Guicciard. *loc. cit.* (kk) Claudian.

MAGNA-





# MAGNANIMITAS.



## ECTHESIS V.

**N**Ec ambitionem volo, pestem publicam : nec abjectionem, Universi ruinam ; nec temeritatem, discriminis ac periculosaë aleæ plenam. Magnanimitatem præfero, gloriaë ac virtutis parentem. Ambitio, instar tubi pyrobolarii, ascensu deficit, in alto rumpitur. Abjectio infra belluas deprimit sublimen hominis genium, ac homine exuit hominem. *Temeritas, quod oportuit, non egit;*



egit; & quod non oportuit, egit. (a) Ut adeo Archidamus filium, adversus Athenienses temerè dimicaturum, providè commonefecerit: *Aut viribus adde, aut animis adime.* Præcipitatos Phaëtontes intueatur, qui temeritatis effecta cupit. Magnanimitas est virtus, spontanea difficultium aggressio, & rationabilis. (b) Interrogatus Democritus, quid esset magnanimitas? respondit: Leviter ferre frustrationem. (c) Magnanimitas parvifacit ac negligit omnia, præter admodum pauca. Magnis & gravibus se objicit, in quibus nec vitæ parcat. (d) Ex etymo suo dicit Magnanimitas quandam extensionem animi ad facienda magna & honore digna. (e) Cæsar's iudicio: Facilia ex difficillimis Magnanimitas reddit. (f) Nemo aliquid magni facit, nisi stimulos submittat magnanimitas ac gloriæ adipiscendæ desiderium. *Optimi mortalium altissima petunt.* (g) Sublimem non habet animum, qui sublimia non molitur. Nunquam erigendum se credat, quem gloriæ desiderium non succollat. Mereri maxima, magni subjecti est. Magnanimitas adeo propria Nobilium virtus est, ut frustrâ Nobilis sit, quisquis eâ destituitur. Aut Nobilitatem exue, aut indue Magnanimitatem; quia nec ipse Scotus ita subtilis est, ut inter has præscindat.

Tota



*Tota licet veteres exornent undique cera  
Atria: Nobilitas sola est atque unica Vir-  
tus. (h)*

Sine magnanimitate inter palustres & ab-  
jectas cannas repunt homines, nec ad gloriæ  
verticem pertingunt, quò à natura destinati  
sunt. *Magnanimos nos natura produxit; & ut  
quibusdam animantibus ferum dedit, quibusdam  
subdolum, quibusdam pavidum; ita nobis glorio-  
sum & excelsum spiritum. Quemadmodum enim  
flamma surgit in rectum; jacere ac deprimi non  
potest, non magis quàm quiescere iste noster ani-  
mus. (i)* Luna majori semper lumine crescens,  
nobilem designat spiritum; decrescens vulga-  
rem. Imago Deitatis homo est, quia magna-  
nimitate quærit gloriam suam. Laudabile est,  
eluctari velle, ut rectè agas. Is magnus est, qui  
& magna præstare, & suæ capacitatis famam  
extollere novit. Otio non vult diffuere gene-  
rosa mens, honestiusque est, arduis gloriæ,  
quàm turpibus ignaviæ conatibus attenuari.  
Honestus ambitus est, velle præconijs ac vir-  
tutibus antecire. (k) Sollicitè investigat Ethi-  
ca, cur Nobiles magis quàm alij, studiosi sint  
gloriæ, ac honoris? Respondet Philosophus,  
(l) omnibus hominibus esse commune ut au-  
geant bona, quæ quivis possidet; ac proinde  
mirum



mirum non esse, quòd Nobiles augere studeant dignitatem, à Majoribus acceptam. Adhæc Filij Nobiles à Progenitoribus ingeneratum habent subtiliorem sanguinem & vivaciores spiritus, à quibus stimulum accipiunt, ut in sublime ferantur, quærantque prærogativam illam, quâ supra cæteros eminent. *igneus est illis vigor, & cælestis origo.* (m) Igneum meteoron ad ignis ætherei Sphæram contendit, nec quiescit, donec obtineat. Nemo quidem hominum ita à se alienus est, qui supra sortem suam evehi, & sublimiore gradu collocari non cupiat: graviores tamen impulsus sustinet Nobilis animus, ut ad fastigia aspiret. Lucernæ sunt Nobiles, non reponendæ sub modio, sed supra candelabrum. His, ceu Politici Mundi flammis, *vigor omnis in alto est.* Natura cuiusvis Nobili propriam hanc fecit gnomam: *Sublimi feriam sidera vertice.* (n) Nisi hos ad alta conatus haberent congenitos Animi nobiles, omnia in suo chao manerent sepulta, nec quidquam homine dignum haberet Mundus. Magna omnia de gradu in gradum progressa sunt. Arena fuit, quæ surrexit in Urbes; & quercetum, quod victores coronavit Laureis. Lupino lacte enutriti pueri, auxere robur, quod orbem domuit. Virga fuit, quæ excrevit in  
Ce.



Cedros. Pastoritius Cyri baculus in Sceptrum desijt, quo Medi ac Persæ finitimos domuere. Nobilis, ut omen nominis consequatur, semper nobilior esse contendat. Elephas ex conspecto sanguine ad generositatem concitatur. Nobilis conspecto Majorum suorum nobilissimo sanguine, sive intra Sagum fuso, sive in Togâ comparato, effervesceat ad heroica quæque facinora. Cui insita sunt à natura gloriæ semina, eniti debet, ut excrescat ad summa, facturus aliàs turpem ac infelicem abortum. Rosa purpuram naturâ suâ congenitam habet, tantoque laudatur magis, quò magis purpurascit. Tam odoris, quàm virtutis suavitas in purpura major est, cum Rosa non fragret, si alba sit. *Gloriam & honorem non debet sequi virtus, sed gloria virtutem.* (o) Aqua sursum tendit, ne detur vacuum. Animus nobilis, ne vacuus videatur, ad sublimia enitatur. *Fortes ac magnanimi animis vacui non sunt, etsi invertantur. Etiam contra fortunam insistent spei. Timidi & ignavi ad desperationem formidine properant.* (p) Deprædicatur Aquila, quòd versus solem evolet, etsi non obtineat. Laudabile est, conari ac desiderare magna, etsi non obtineas. *Deus non annotat facultatem, sed coronat voluntatem. Scit quia voluisti, & non*  
 po-



potuisti; sic te annotat, quasi feceris, quod voluisti. (q)

*Quòd si deficient vires, audacia certè*

*Laus erit. In magnis & voluisse sat est. (r)*

Sagitta, versùs metam jacta, eò tendere debet, quò destinata est. Octavij Imperatoris immortale encomium est, dum

*- - - Magnus ad altum*

*Fulminat Euphratem Bello; victorque volantes*

*Per populos dat jura, viamque affectat Olympo. (s)*

Debent aliqui esse Atlantes, qui honoribus supponant humeros, ne corruat & inter fordes volvatur Mundus. *Pax mentis honestæ gloria est. (t)* Inglorium in Colchide lateret, nec summorum Principum colla ornaret Aureum Vellus, nisi laudabili gloriæ cupiditate flagrasset Jason, quem *ardens evexit ad aethera virtus. (u)* Commune heroicæ fortitudinis & gloriæ pignus est augustum hoc Vellus, quod absque magnanimitate assequi non licet. Honoris hæ sunt exuviae, quas non subibit, nisi sublimis animus. Et ut nunquam non esset suum gloriæ adipiscendæ fomentum, Equestris hujus Sodalitatis lex quinquagesima prima est, ut post Dei gloriam, etiam propriam assi-



assiduis conatibus propagare studeant. (w)  
 Decrescit Heroum gloria, nisi momentis  
 omnibus crescat, & quò sublimior, tantò ad  
 ampliorem gloriam fit concitator. Solis e-  
 xemplo, in quo caloris vehementia crescit ad  
 dimensum elevationis. Unde sub æstivo sole,  
 ceu omnium summo, calor ardet omnium fer-  
 ventissimus. *Cupidi sumus ascensionis, exalta-  
 tionem concupiscimus omnes. Nobiles enim crea-  
 tura sumus, & magni cujusdam animi, ideoque  
 altitudinem naturali appetimus desiderio.* (x)  
 Parvum est cor nostrum; & nisi se ipso majus  
 fiat gloriæ desiderijs, vile remanet frustum;  
 vix exaturando uni milvo suffecturum. Post  
 totum penè orbem devictum gloriosus flevit  
 Alexander Macedo, quòd plures Mundi vin-  
 cendi non superessent; quàm dum postea vo-  
 luptatibus affluens, ingloriè risit, irridendus  
 à feris posteris. Nunquam videbit lucem, qui  
 antelucana non molitur negotia.

*Quod amas quesisse necesse est,*

*Nec petet ipsa tuum præda cupita sinum* (y)

Neque tamen magnanimitati ulla in su-  
 premis fastigijs timenda vertigo est. Nobilis  
 animus instar crescentis Lunæ, non mutatur  
 interius. Nunquam magis se hominem putat,  
 quàm dum hominibus omnium maximè præ-  
 est.



est. Mori & perire velle, plebis est; superesse  
 famæ immortalitate, magnanimitatis. Glo-  
 ria, non ex vanitatis impulsu, sed ex virtutis  
 merito quæsitâ, gemma est, nunquam satis æ-  
 stimanda. Nulla virtuti ad gloriam debet esse  
 in via via, modò honesta sit. Honores quære-  
 re, laudabile est, si non quærantur per media  
 illicita. Multi per dissimulationem honorum  
 prensat honores, & per contemptum gloriæ  
 ambiunt gloriam. Magna & ardua nemo facit,  
 nisi perfectè humilis; & humilitatem nemo  
 exercet, nisi perfectè magnanimus. Melius  
 sub purpura latet cilicium, quàm sub cilicio  
 purpura. Turpe fuit venari muscas, quem ca-  
 piendis provincijs destinavit dignitas. Ad ex-  
 celsa tendere, & sublimia per virtutem moliri,  
 proprium est sancti & generosi hominis. Per  
 vitia eluctari velle, aut nolle eluctari, ut in vi-  
 tijs tantò quietius sordescas, periculosa ambi-  
 tionis est, aut turpis ignaviæ. Ambitione vel  
 non paratur honor, vel non servatur. Omni-  
 bus tragicis eventibus prologum dedit ambi-  
 tio. Ergo interest, non ut ad fastigia eveharis,  
 sed quomodò eveharis. Facta insignia digni-  
 tatem præcedant, ne lapsus sequatur dignita-  
 tem. Honori studendum, quem jure suo po-  
 stulant merita. Regum corona est gloria,  
 D quam



quam non pecunijs aut vitijs, sed virtutibus ac laboribus Dij vendunt. Mortalium res omnes evanidæ, præter gloriæ famam, virtutibus comparatam. Magnanimitatis tessera est: *Plus ultra*: quia os homini sublime dedit, ne serpat humi, ac depressus jaceat. Fatuus dicitur ignis, quamdiu inter impuras & viscosas expirationes, è quibus concretus est, errabundo ac humili motu divagatur. Ut primùm nativâ crassitie expurgatus, ad sphaeram suam enititur, ab æthere nomen acquirit, & publico bono fulget. Peccat in dona cœli, qui ad obscuritatem tendit. *Sic currite, ut comprehendatis.* (z) Nec currit, nec comprehendit, qui aut malè currit, aut otiosè sistit, aut ad inferiora contendit. *Curvæ in terras animæ & cœlestium inanes* (a a) sunt, quæ ad sublimia non erigunt vultum. Obscurissima Domus est, quæ nullas ostentat fenestras, Soli pervias. Illustrissima Lamber-giana Domus Austriaco Soli tot semper exhibuit ad splendorem excipiendum fenestras, quot virtutes. Unde ad supremos Ecclesiæ & Imperij apices, ad Archiepiscopales & Episcopales Tiaras, & Sacri Romani Imperij principes Thronos, ad provinciarum Fasces elevati, nunquam vacillant Lambergiani, quia meritis in patriam, & commensis ad celsitudinem

vir-

virtu  
fulg  
mul  
LIP  
Mur  
umb  
ctica  
& gl  
vult  
Subt

(a) S



virtutibus graves. Gemmeæ Crucis Pontificio fulgore, & Aurei Velleris Equestri gloriâ cumulatè resplendet fraternum JOANNIS PHILIPPI & FRANCISCI JOSEPHI pectus, quia Mundus non reperit quas objiceret vitiorum umbras. Integerrima est Lambergianæ Dialecticæ magnanimitas, quia omnem dignitatis & gloriæ à virtute præcisionem averfatur; mavultque in præscindendo dici Angelica quàm Subtilis.

- (a) S. Aug. Serm. 66. de Temp. (b) Cicero 1. de off. (c) Stob. Serm. 106. (d) Aristot. l. 4. Ethic. c. 3. (e) S. Tho. 2. 2. q. 129. art. 1. in C. (f) Cesar l. 2. de Bell. Gall. (g) Tacitus l. 4. Annal. (h) Juvenal. (i) Seneca Ep. 104. (k) Cass. g. 7. (l) Aristot. 2. Rhet. c. 15. (m) Ovid. (n) Horat. (o) S. Aug. l. 5. de Civit. Dei. (p) Tacit. lib. 2. Hist. (q) S. Aug. Serm. 22. de Temp. c. 6. (r) Propert. l. 2. Eleg. 10. (s) Virgil. lib. 4. Georg. (t) Sil. lib. 6. (u) Virgi!. (vv) Guicciardin. in Descrip. Belg. fol. 57. (x) S. Bernard. Serm. 4. de Ascens. Dom. (y) Otho Ven. (z) 1. Cor. 9. 24. (aa) Persens.



# FIDELITAS ERGA CÆ- SAREM ET PATRIAM.



## ECTHESIS VII.

**C** Aput Reipublicæ Princeps est , cui con-  
servando tota Respublica studeat. Si-  
bimet nocent brachia , si insultent capi-  
ti ; pedesque corruent exanimes , si labatur  
caput. Divisibilis est Reipublicæ anima , tam-  
diu futura superstes , quamdiu integrum ser-  
vat caput. A serpente id discas , quem vel ex  
hoc capite prudentem dixit æterna Sapientia.

Cum

Co  
Ser  
me  
cè  
qu  
cap  
am  
alia  
stro  
cap  
cust  
mar  
rum  
(a)  
fruc  
exc  
fide  
nav  
null  
Pau  
rit ,  
ex n  
nisi  
mer  
hon  
evan  
canc



Comprime, & violento impetu aggredere Serpentem. Si desint ad evadendum vires, mox in globum convolutus, caput suum unice ac studiosè abscondit, Facilem, exiguamque ducit reliquam membrorum jacturam, si caput sit incolume. Hoc solo retento, nihil amisit irrecuperabile. Reipublicæ corpus non alias habet in sui tutelam manus, nisi Ministros Principis, è quorum fidelitate pendet tam capitis, quàm membrorum salus. *Fida Regum custodia non turribus, non propugnaculis, non manibus, non armis, non satellitibus, sed amicorum præsidij, & civium benevolentia asservatur.* (a) Alexander quieto ac tranquillo somno fruebatur, quòd sciret, Ephestionem sui loco excubias agere. (b) Etiam mori est amori ob fidelitatem volupe. Omnibus te dotibus ornaverit Natura; si fidelitatem non dederit, ex nullâ dote amaberis, suspectus de qualibet. Paucis te donis instruxerit, si fidelitatem dederit, in quolibet etiam lapsu excusaberis, reus ex nullo. Nobilitas non aliam habet originem, nisi fidelitatem, cui debet, quidquid ornamentum habet. Si perfidia quandoque clarescit honoribus, fatuus ignis est, quia momento evanescens, ac carnificis ultrice manu suffocandus.

*Stant*



*Stant nulla diu deceptis gaudia Divis. (e)*

Non est alia lux Ministri, nisi Lunæ, scaturiens à Sole, & ab hoc dependens. Post Luminare majus præ cæteris omnibus primam lucem obtinet Luna, se ipsam miserè offuscatura, si majori Luminari vel interitum vel detrimentum machinetur. Hæc sit gloria Ministri erga Principem, hæc Principis à Ministro felicitas, ut à Principe non recedat Ministri fidelitas. Reipublicæ oculus caligat, si caliginem contraxerit Ministri erga Principem fidelitas. *Oculos Regis vocamus Satrapas, per quos omnia Rex spectaret; sicut Regis aures Delatores, per quos Rex audiret omnia. (d)* Unde Leonæ dicuntur Principes, quòd apertis nascantur & dormiant oculis. Magna Principi violentia fit, quando ob infidos Ministros cogitur nativam Leonis indolem exuere, accum Vulpæ nec fidere, nec diffidere. Vulpes, cum, toties decepta, oculis non possit fidere, aures consulit, quas, congelatum flumen transgressura, admovet glaciei, & acutè explorat, num subterfluentis aquæ murmur percipiat. Hoc audito, conceptam mentem revocat, & à flumine trajiciendo desistit. *Nihil hodie tam receptum, quàm fallere fidem. (e)* Eò degeneravit ævi nostri fidelitas, ut Siracides moneat; *Et*

à



à filijs tuis cave, & à domesticis tuis attende. (f)

Rara admodum est Mustela alpina, cui potius est mori, quam foedari. Raros habet discipulos Pythagoras, docere solitus; *Satius est mori, quam per infidelitatem animum obnubilare.* (g)

Est quidem amor Patriæ ratione valentior omni.

(h) Ipsis etiam belluis hanc amoris vehementiam versùs patriam ingeneravit Natura.

*Nescio; quâ natale solum dulcedine cunctos*

*Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

*Assuetos Tauri saltus, assueta Leones*

*(Nec feritas illos impedit) antra petunt.* (i)

Solius hominis genius eousque efferari potest, ut Patriæ oblitus ac infidus fiat. *Nunc rara fides est; aliud in labijs, aliud in corde versatur. Venenum anima lingua mella contegunt.*

(k) Malus Minister verisimiles plerumque rationes affert, sub quibus vitiosas suas passionnes ac informia affectuum monstra occultat; Siren, *formosa supernè*, (l) suavemque manu citharam pulsans; at tandem in toxica, & viperarum amarissimos aculeos desinens. E vulgo extollitur Minister, & sub Sole inter Reipublicæ sidera collocatur. Sed si infidelis sit, evaporatio terrea est, ad coelos sublata, ubi in cometam concrefcit, omnesque passim formidine replet. Omnem lucem, à Principe acceptam,

E

ceptam,



ceptam, convertit in flammam, & Reipublicæ excidia;

*Sanguinem spargens ignem, vomit atrarubentes*

*Fax cælo radios, & sevâ luce coruscum*

*Scintillat radios, terrisque extrema minatur. (m)*

Dignoscendæ in Ministro fidelitatis Lydius lapis est calamitas, Principi subitò imminens. Quercus concussione firmatur, & aurantij virtutem experimur comprimendo. *Magnus es vir? sed unde scio, si tibi fortuna non det facultatem exhibendæ virtutis? quid quisque possit, nisi tentando, non discit. Opus est aliquâ rerum difficultate. Gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas. (n)* Phosphorus Solis tam occidui, quàm eoi comes est; neque Ursæ minoris fidus unquam longius à polo recedit. *Omni tempore diligit, qui amicus est. (o)* Fidelis Minister, quò ampliorem gratiæ cumulum à Principe acceperit, eò promptiorem obsequendi animum exhibet, instar fluminis, quod cursum tanto velocius accelerat, quantò copiosiore aquâ locupletatum fuerit. Horologium sciathericum, si probatum sit, totum suum negotium ad unius Solis nutum componit. Quodcunque lucrum fraus offerat, minus

nus  
fan  
vita  
fug  
mo  
ta f  
pri  
err  
cep  
me  
ner  
sua  
fis.  
test  
DE  
Mu  
nat  
vis  
did  
nit  
mij  
late  
fide  
cac  
In  
qu  
po



nus est, quam ut fides, solvi possit; hinc enim fama perditur, nullo pretio æquabilis, quia parvitæ. Honor sequitur honorantem Ministrum, fugiet infidum. Minister in Reipublicæ harmonia chelys est, cui, si vel laxata, vel ablata sit fides, nihil utilitatis superest. Navis, ut primùm ab antarctico polo recedit, per invia errat, misera fluctuum ac vorticum præda. Buccephalum alij inter animantia irrationalia numerent; In eo tamen infidelis Ministri rationem superavit, quòd uni Alexandro habenas suas permiserit, omnibus alijs in terram excussis. Infinitæ Sapientiæ Politica est; *Nemo potest duobus Dominis servire.* (p) Unus in Cælo Deus est, unus in æthere Sol, unus cuique in Mundo sit Princeps. Reipublicæ salus abominatur Chamæleontem, qui à vicinis quibusvis rebus colorem mutuatur, præterquam candidum; quia infidelitati nihil minùs convenit, quam candor. Joab, infidi Ministri primipilus, osculum infixit fronti, & pugionem lateri. Colubro blandiuntur Principes, qui infido Ministro. *Nulla pestis est ad nocendum efficacior, quàm familiaris & infidus amicus.* (q) In cujus atrio consistit infidelis Minister, Equum Trojanum præ foribus habet, paulò post in patriæ perniciem erupturum, quia in-



*teriora ejus plena sunt dolo.* (r) Si viscera corrupta sint, conclamatum est de corporis politici salute. Facilius externis medemur vulnibus, quàm intestinis, *Nulla sunt occultiores insidia, quàm quæ latent in simulatione officij.* Nam eum, qui palàm est adversarius, facile vitare possis. (s) Tuum ne dixeris Ministrum, qui venalia habet ministeria. Instar turbinis pneumatici ad quamcunque ambitionis aut avaritiæ auram in gyros flectitur & tergum obvertit Principi, quem antè adoraverat. Evanidi flores sunt, qui cœlo sereno rident, nubilo tabescunt. Dominium brevi ruiturum possidet Dominus, cujus Minister pluribus se devovet Dominis. Sera, multis clavibus pervia, exiguo habetur pretio. Solùm illa æstimatur, quæ uni patet. Probè id perspectum erat Sapientissimo Philippo, Burgundiæ Duci, quando pro Equestri Velleris aurei Sodalitate hanc sancivit Legem. *Qui huic Ordini adscribitur, prius omnes Ordines ac Societates aliorum Principum, Sodalitatum vel Civitatum relinquat.* (t) Virtus diffusa infirmior est, & facilè à quovis impetu flectenda. Fidelis minister non potest se impendere exteris, cùm suo Principi ita se obstrinxerit, ut nec proprijs commodis aut propriæ etiam vitæ intentus sit. Neque enim vitam prodigit,



digit, sed auget, qui pro patria aut Principe moritur. Vivit etiam post funera Christophorus de Lamberg, Jaurini in Hungaria Comendans; cujus fidelitatem erga Cæsarem, & in pugnando ardorem ita admiratus est Sultanus Mechmet, ut Christophorum cognominârit Militem fortem, & fidum sui Principis fervum. (u) Et certè nulla apertior fidelitatis probandæ occasio unquam offerri potest generoso pectori, quàm Hungaria, tot Imperatorum palæstra, tot Regum scopulus, tot exercituum sepulchrum. Melchior de Lamberg, fidissimus Ferdinando I. Minister, & postea supremus Aulæ Cæsareæ Præfectus, Viennam contra Solimannum, Turcarum Imperatorem, accerrimè defendit. Illa nimirum Canis Lambergici est fidelitas, ut Domino suo etiam cum vitæ dispendio serviat.

*Non sibi, sed Domino venatur Vertagus acer,  
Ille sum leporem, qui tibi dente feret. (w)*

Arma Lambergiana insigniuntur cane, quia fidelitate nunquam non fuere erga augustissimam Domum Austriacam insignia. Inscripterit Henricus Farnesius excubanti ante palatium Cani; *Incorruptâ fide.* Nos tot numeramus Austriaci palatij incorruptos ac integerrimos excubitores, quot Lambergios.





Nulla his alia est utilitas, quàm publica; Actum enim est de rebus humanis, si sola seruetur propriæ utilitatis fides. Qui huic student, bilancem imitantur, eò inclinaturam, ubi plus ponderis aut æris est. Instar spongiæ absorbent & ad se trahunt, quidquid ambitione aut avaritiâ contingunt. Scis, quo exordio incipiat, & quo epilogo desinat perfidorum Pseudopolitica? *Initium sine prudentia, finis cum pœnitentia.* (x) Scorpius amplexatur ut perdat, qui tamen mox suomet veneno, quo perdere volebat, necatur ac perditur. *Ambitionis meta est tumultus,* (y) in quem præcipites ruunt, quotquot fractâ incedunt fide. Fidei statuam penès Jovem in Honoris Templo collocârunt Romani, quasi honorem omnem perderet, qui perfidus recedit à Principe. Ibi solùm à Principe recedas, licet, quando animæ perdendæ discrimen subest. *Hæc prima lex in amicitia sanciat, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati.* (z) Fallor: Nec hîc à Principe recedis, cùm maximè accedat ille, qui animæ consulit, & æterna prætransituris æstimat. Illa Dialecticæ Lambergianæ gnoma est, ut præscindat ab omnibus, quæ fidelitatis gradum erga Deum & Cæsarem transiliunt.

(a) Socra-



(a) Socrates. (b) Plutarch. (c) Sil. Ital. lib. 3. (d) Suid  
 Cent. 1. Prov. 52. (e) Lipsius Cent. 2. Ep. 59  
 (f) Eccles. 13. 16. (g) Pythag. (h) Ovid. l. 1  
 de Pont. Eleg. 4. (i) Ovid. ibid. (k) S. Hieron.  
 in Matth. (l) Horat. (m) Sil. Ital. lib. 16.  
 (n) Senec. l. cur bonis Viris. c. 4. (o) Prov. 17. 17.  
 (p) Matth. 6. 24. (q) Boët. l. de Consol. (r) Ec-  
 cles. 19. 23. (s) Senec. l. de Provid. (t) Guic-  
 ciardin. in Descript. Belg. fol. 57. (u) Bucell. in  
 Gen. Lamb. (w) Martial. l. 14. (x) S. Aug. in  
 Psal. 149. (y) Senec. (z) Cicero.



E 4

DIGNI



# DIGNITATES ET HONORES EX PIETATE IN DEUM.



## ECTHESIS VIII.

**N**Ullum præstantius Deorum munus est, quàm sanctus & Diis simillimus Princeps. Securus cum Republica inter medias phalanges quiescit Princeps, cui militat æther, & conjurati veniunt ad classica Divi. Protegente Numine, nulla prævalere potest ad-

advo  
xili  
fave  
piet  
Sol  
cida  
bea  
tuat  
tus  
Om  
qu  
Piet  
Vac  
ptis  
pori  
mis  
time  
alite  
in  
men  
ince  
Æn  
tela  
tas  
col  
rii  
bus



adversitas; destituente, nullum suffragari auxilium. Princeps nil paveat, si faveat Deus; favere autem debet Deus, quamdiu Principis pietas Deo favet. Serenitatis prognosticon Sol est; si exorientem orbitam undique pellucidam, vaporumque fordibus liberam exhibeat. Nullam Respublica tempestatem metuat, si interior Principis, ceu Solis politici, vultus nullâ pravorum affectuum labe fordescit. Omnia bona illis affluunt, qui Divinis obsequiis fetotos devovent. Cornucopiæ dixeris Pietatem, bonorum omnium scaturiginem. Vadem habeto ipsummet Deum. *Si in preceptis meis ambulaveritis, dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur.* (a) Verbo; *Nihil deest timentibus eum.* (b) Sceptra ac coronæ non aliter placere debent Principi, nisi quia pietatis in Deum promovendæ amplissima instrumenta sunt. Per hostium agmina, per urbis incendia, per patriæ ruinas incolumis evasit Æneas, quia primas Penatum ac Divorum tutelarium curas habuit. Ecquid non potest Pietas? Illibatum inter Trojæ flammis servavit, colendumque inter conditores Romani Imperii posuit. (c) *Omnia prospera eveniunt colentibus Deum, omnia adversa spernentibus.* (d) Si pie-

est,  
in-  
ter  
ili-  
ivi.  
test  
ad-



tas & vera in Deum Religio supersit, facilis ac toleranda est cæterarum rerum omnium jactura. Dubitas? Ethnicis id crede; *Omnia post Religionem ponenda semper nostra civitas Romana duxit. (e)* Religio est fulcrum Imperii, basis Reipublicæ, munimentum regnorum, & sacra populi anchora, quâ motâ, turbantur omnia, & præsentî naufragio exponuntur. In fatis erat, Trojam nunquam expugnatum iri, quamdiu Palladium in ea servaretur. Cujus rei gnarus Ulysses, simulachrum illud surripuit, urbemque ferro ac igne devastavit. Aufer è Republica pietatem, & omnem ab eâ salutem sustulisti. *Turbata Religio politiam turbat. (f)* Corruit machina, cui primam basin subtrahis. *Regni basis pietas erga Deum est. (g)* Non est solidum regale solium, nisi firmetur ab eo, qui firmavit firmamentum. Frustrâ diriguntur ballistæ, instruuntur acies, alæ phalangesque disponuntur, nisi suppetias ac victoriam ferat Dominus exercituum. Maximiliani, Bavariæ Electoris, ad Filium Ferdinandum hæc erat sapiens ac prima institutio. *Certò statuendum est, in Principis erga Deum pietate librari ipsius felicitatem, subditorum mores, & utrorumq; fata. (h)* Jactura Religionis, jactura regionis. Rectius in Divina pietate, quàm in evanidis honorum

Colossis



Coloffis & ruituris Saxis immortalitatem No-  
 minis stabiliunt Principes. In eam nihil flam-  
 mis, nihil senectuti, nihil Successoribus, nihil  
 fatis licet. Proximum minantur lapsum arcus  
 illi, qui Divinam pietatem fastuosè supergre-  
 diuntur. Intaminata Principis fama non ima-  
 ginibus & statuis, sed pietate propagatur, quæ  
 augustam Principis molem ipsis infert nubi-  
 bus. Imò ad infamiam ducit fama, sine Deo  
 parta. Grave, sed pietatis plenum erat Ferdi-  
 nandi II. in supremo folio dictum. *Si meâ morte  
 possem promovere Religionem Catholicam, oro  
 Deum, ut publicè coram toto Mundo ab infami  
 carnifice capite plectar.* (i) Si Princeps Reipu-  
 blicæ Sol est, nunquam transgrediatur conne-  
 xæ Virtutis Zodiacum. Supremo loco Sol re-  
 sidet, & è quarti Coeli fastigio suos radios ad  
 usque inferum hunc Mundum spargit, nec ta-  
 men unquam deserit æthera. Audi de se ipso  
 Sinesium Episcopum. *Erat hoc mihi divinitus  
 tributum, ut cum ego autoritate plurimum pos-  
 sem, tamen honestissima quæque vellem.* (k) Aber-  
 rat à vitæ gloriosæ principio, qui à pietate erga  
 Deum deflectit. Tantundem propagantur  
 regna, quantum Dei cultus. Cum araneis evi-  
 sceramus frustra, si vires nostras impendamus  
 absque illius adminiculo, qui tribus digitis su-  
 spendit



spendit orbem. Nubes, in sublime elata, ac Solis parelio insignita, non sibi, sed Soli hoc munus tribuat. *Princeps sublimis factus, & elatus à Deo, meritò veneratur & colit magnitudinis suæ authorem. Nisi hoc fecerit, quid expectet, nisi iterum dejici?* (l) Tandiu pyrobolus char-taceus gressu semper sublimiore ascendit, quamdiu intra viscera conservat ignem. Ut primùm hic languescere incipit, in terram recidit vilis bacillus. Joannes Papa ad Justinianum Imperatorem; *Nihil est, inquit, quod lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides in Principe.* (m) Dignam Imperatore panegyrim de Trajano pronuntiat Plinius; *Tu delubra non nisi adoraturus intras: tibi maximus honor, excubare pro templis, postibusque prætexi. Sic fit, ut Dii summum inter homines fastigium servant, cum Deorum ipsi fastigia servant.* (n) Quantùm Princeps aliorum vertices supergreditur Imperii solio, tantùm transcendat pietatis celsitudine. Qui invictus vult esse Hercules, Coelum succollet Religione. *Super omnia præclara, quæ Regnum habet, pietatis cultûsque Divini coronam Regem exornat. Divitiæ namque evanescent, vulgi favor & aura transit; Sola vitæ Deo placentis gloria immortalibus seculis extenditur.* (o) Certò deluditur, qui illudit Superis; & fatua  
lux



lux est, si non ab eo pendeat, qui lucem habitat  
 inaccessibilem. Frustrà columnam erigis, nisi  
 subnixam stylobate. *Pietas primum substernitor  
 fulcrum & crepido, cui firmiter insistat simula-  
 chrum Regni.* (p) Enumera singulos veteris Im-  
 perij Romani Reges ac Cæsares, inter quos nec  
 unum recensebis impium felicem. Camillus,  
 ad Populum Romanum perorans; *Intuemini,*  
 inquit, *horum annorum vel secundas res, vel ad-  
 versas. Invenietis omnia prospera evenisse sequen-  
 tibus Deos, adversa spernentibus.* (q) Evolve  
 Regum Fastos in Sacris Literis, ubi depre-  
 hendes, sub sceleratis Regibus semper totam  
 Rempublicam, instar jactatæ navis, à feditio-  
 num tempestate quassatam; contrà verò sub  
 pijs tranquillam, & ab hostibus victricem. (r)  
 Miraris vastam Austriacorum Principum po-  
 tentiam, non alio circino, quàm Solis ambitu  
 dimetiendam? Intuere Rudolphos, Eucharis-  
 tici Dei cultores eximios. Considera Alber-  
 tos, de re Christianâ optimè meritos. Suspice  
 Fridericos, integerrimæ Fidei Principes ac de-  
 fensores. Aspice Maximilianos, fortissima  
 militantis Ecclesiæ propugnacula. In mentem  
 revoca Carolos, indefessos orthodoxæ Religi-  
 onis propugnatores. Contemplare Matthias,  
 strenuos hæreticæ pravitatis vindices. Com-  
 memora

ta, ac  
 li hoc  
 & ela-  
 titudi-  
 pectet,  
 char-  
 endit,  
 Ut  
 am re-  
 tinia-  
 lumi-  
 princi-  
 in de  
 a non-  
 r, ex-  
 Sic fit,  
 vent,  
 ntum  
 mpe-  
 titudi-  
 elum  
 a, qua  
 corona  
 scunt,  
 eo pla-  
 ur. (o)  
 fatua  
 lux



memora Ferdinandos, ceu alteros Constantinos, Ecclesiæ Patres. Oculos attonitus defige adhuc hodie in Augustissimos LEOPOLDOS, viva pietatis ac virtutum omnium spectacula. Ea egit sola LEOPOLDI pietas, quæ nullus armorum terror efficere potuisset. *Fulcrum Imperiorum est Religio & Pietas.* (s) Joannis Papæ ad Justinianum Imperatorem cohortatio est; *Nihil est, quod ita nequeat occasui subjacere, quàm vera Religio. Hoc est enim, quod vestrum firmat Imperium, hoc quod vestra regna conservat.* (t) Non miraberis amplitudinem Austriacæ potentiae, si eam cum Austriacæ pietatis amplitudine commensures. Austria æqualibus cum Religione progressibus surgit. Jovinianus Imperator nihil magis promovebat, quàm colabentis Fidei incrementa, *ut simul & ei robur afferret, & vicissim ab eâ robur acciperet.* (u) Constantinum Imperatorem, quòd verum Deum coleret, *tantis vicissim terrenis muneribus replevit Deus, quanta optare nullus auderet.* (w) Clodovæus, Galliarum Rex. tamdiu aperto Marte stratus & in fugam conjectus est, donec sacri Baptismatis voto devotus Superis, hoste ad internecionem deleto, victoriam reportârit. (x) Iphis etiam Virtutibus eam Pietas excellentiam communicat, ut vel neglectæ, vel

vel  
dera  
pere  
daci  
vert  
rem  
tate  
nim  
veri  
tas  
ne p  
boni  
lit as  
piæ  
Inco  
E  
Null  
N  
Pro  
cit P  
stren  
eum  
tris  
blica  
Scivi  
Coelo  
noru



vel vitiosæ sint, si pietatem non habeant moderatricem. Sine hâc nullum Constantiæ superest nomen, degenerans vel in stultam audaciam, vel in pertinaciam. Amicitia convertetur vel in odium, vel in vesanum amorem. Liberalitas deflectet sive ad prodigalitatem, sive ad turpem avaritiam. Justitia aut nimiam corrumpetur indulgentiam, aut multam severitate se reddet exosam. *Penès Deum nec pietas sine justitia est, nec sine pietate justitia; nec sine pietate cœlestis sensus habetur. Æquitas sine bonitate sevitia est, & justitia sine pietate crudelitas.* (y) Ipsæ etiam Leges injustæ sunt, nisi piæ, & Divinis legibus attemperatæ.

*Inconcussa meum celebret constantia nomen,*

*Et laudet leges Æacus ipse meas,*

*Nulla tamen vero virtus se tollet honore,*

*Ni nostrum pietas fulciat una decus.* (z)

Providè, & ad normam Austriacæ pietatis fecit Philippus, Burgundiæ Dux, quando Equestrem Velleris aurei Ordinem instituit, ut per eum *Vera Religio Catholica, Status Sanctæ Matris Ecclesiæ, & tranquillitas, posteritasque Reipublicæ sit defensa, custodita, & conservata.* (aa) Scivit haud vano omine, ex frugifero pietatis Cœlo descensuros omnium dignitatum ac honorum gradus, sicut pluvia, in augustum suum

*Vellus*



*Vellus. (bb)* Unde Augustissimus hic Ordo inter sua membra decem jam recenset Cæsares & viginti quatuor Reges. *(cc)* Utinam illa victoriæ pluvia in Austriacum Vellus brevè destillet, de quo Joannes, Burgundiæ Dux, Philippi Pater, per vaticinium accepit, quòd ex ipsius posteris unus, flammam supra pectus gestans, extincturus sit Imperium Turcicum! *(dd)* Has ipsas pluvias copioso numero cernimus delapsas in Vellus Lambergianum, quo nuper JOANNEM MAXIMILIANUM, & hodie filium minimè degenerem FRANCISCUM JOSEPHUM, Comites de Lamberg, insigniri fecit Augustissimus Imperator. Fertilissima semper fuit Lambergiana pietas non tantùm Aurei Velleris, sed etiam Equestris Crucis Melitensis in Georgio Sigismundo, Hispanicæ Sancti Jacobi in Francisco Josepho, Rubicæ Stellæ in Carolo. Feracissima fuit Archi-Episcopalis Infulæ Pragensis in Carolo, Episcopalis Passaviensis in JOANNE PHILIPPO, Seccoviensis in Christophoro, primæ Labacensis in Sigismundo, Gurcensis in Joanne Jacobo; Sacri Romani Imperii Principibus, Dominis de Lamberg. Uberrima fuit supremarum dignitatum in Aulis & intimis Consiliis Cæsareis, in Plenipotentibus Austriacis & Legatio-

gati  
& P  
Sup  
Car  
tanc  
cijs.  
terr  
Coe  
adv  
que  
spe,  
mar  
Joan  
Frid  
berc  
lijs i  
hær  
rius  
ter c  
tam  
ta f  
Dial  
um

(a)



gationibus Imperatoriis ad Reges, Electores, & Principes Imperii; aliisque summis officiis Supremi Præfecti, Camerarii, Mareschalli, & Cancellarii in aula Cæsarea, ac supremi Capitanei in diversis Austriae hæreditarijs provincijs. *Virtus vestibulum est honoris.* (ee) Sicuti terra nullos partus proferre potest adverso Coelo, ita immensæ fertilitatis est, si pietate advocetur Cæleste auxilium. *Nihil ritè, nihilque homines providè sine Deorum immortalium spe, consilio, & honore auspicantur.* (ff) Firmam Lambergiano Honori basin stabilivit Joannes de Lamberg, Canonicus & Decanus Frisingensis, qui secundo abhinc sæculo Albertum Pium, Bavariæ Ducem, sacris consilijs ita direxit, ut totam Bavariam servàrit ab hæresi indemnem. (gg) Nihil in hac vita charius pietate, quæ ipsi etiam vitæ præstat. Inter omnia Lambergianæ Virtutis ac dignitatis tam Ecclesiasticæ quàm Politicæ Prædicamenta supremum locum obtinet Pietas, è cujus Dialectica in seros posteros Honorum omnium cumulus *descendet sicut pluvia.*

(a) Levit 26. 3. (b) Psal. 33. 10. (c) Seneca l. 3. de Benef. c. 37. (d) T. Livius l. 5. (e) Val. Max. l. 2. c. 1. (f) Lipsius lib. de una Relig. (g) Sines ar. de Reg.



*in Mundo Symbolico* lib. 20, n. 55. (h) *Adelzreuter in vit. Max.* (i) *Claud. Clem. dissert. Christ.* §. 3. (k) *Sines. Epist.* 57. (l) *Lipsius l. de Una Relig.* (m) *Joan. Pap. Dipl. ad Just. Imp.* (n) *Plin. in Paneg. Traian.* (o) *Agapitus Diacon. Ep. Paran.* n. 15. (p) *Sines. de Regn.* (q) *Titus Livius citatus in Mundo Symbol.* l. 9. n. 366. (r) *Mundus Symbolicus* l. 20. n. 55. citans *S. Cyrillum Alexandrinum ad Theodos. Imp.* (s) *Lipsius lib. 1. Polit.* (t) *Joan. Pap. l. c.* (u) *S. Greg. Naz. Orat.* 21. (vv) *S. Aug. l. 5. de Civit. Dei.* c. 25. (x) *Nicol. Causin. Aula Sanct. D.* 6. (y) *S. Pet. Chrysol. Serm.* 145. *de Gen. Christi* (z) *Philoth. in Symb.* (aa) *Litera Philippi Burg. ex Chronico Chronicorum* p. 2. fol. 31. (bb) *Psal. 71. v. 6.* (cc) *Specul. Hon. Aust.* l. 4. c. 7. fol. 452. (dd) *Lazius Comment. Gent. Aust.* l. 1. c. 8. (ee) *Achill. Becch. Embl.* 33. (ff) *Plin. Paneg. ad Traian.* (gg) *Catal. Can. Frising.*

CLE-



(o)

# CLEMENTIA.



## ECTHESIS IX.

**C**lementia & mansuetudo aptissimi sunt arietes ad saxea quævis, & obstinata hominum pectora emollienda. Leniter destillans guttula saxum frangit, quod hastis & gladijs non potuisses. *Remissius imperanti, melius paretur. Naturâ contumax est humanus animus, & in contrarium atque arduum nitens, sequiturque facilius, quàm ducitur.* (a) Ferrum & ignes, quibus usi sunt Nerones, ignorârunt



rârunt Augusti , ab imperij ac Nominis aug-  
 mento cognominati. Melius est Principi , per  
 clementiam dare populo causam respirandi ,  
 quàm per tyrannidem præbere occasionem  
 conspirandi. Si in Libræ signo appareat Co-  
 meta , proximam provinciarum seditionem  
 prænuntiat. Perduelles experietur subditos  
 Princeps , si justitiam ac potestatem suam mo-  
 derari nesciat , eamque assiduis terroribus ac  
 plagis aggravet. *Amari debet , non timeri.*  
*Quem metuit quis , odit ; quem odit , perisse cupit.*  
*Qui scorpionibus cædit , & lumbis Patris habere se*  
*putat digitos crassiores , citò regnum mansueti Da-*  
*vidis dissipat.* (b) Superioribus cœlis perpetua  
 est serenitas , nec nisi inferior aëris regio toni-  
 trua fovet ac tempestates, Adrianus , ad Im-  
 perij fastigium evectus , cùm fatalem hostem  
 haberet obvium , trepidanti respondit ; *Evasi-*  
*sti.* Dum sub inferiore fortuna merebatur A-  
 drianus , pertimescenda erat ipsius vindicta  
 hosti ; collocatum in dignitatis apice , non nisi  
 clementia decebat. *Magni animi est proprium ,*  
*placidum esse , tranquillumque , injurias atque*  
*offensiones semper despicerè. Muliebre est , furere*  
*in ira : ferarum verò , nec generosarum quidem ,*  
*urgere & premordere projectos.* (c) Sit suum ter-  
 restri columbæ fel , & irascendi facultas : illa  
 tamen



tamen, quæ inter sidera sublimis, ad Syrii pedem resplendet, olivam rostro sustinet, omnis indignationis expers. Omne ferarum genus ad suavem Orphei lyram ultrò convolavit, nullis unquam armis aut vulneribus attrahendum. Malus Princeps invisus est, quia timeatur; & timeri vult, quia invisus est. Turpia sunt Principi multa supplicia, sicut Medico multa funera. Philippus Macedo ad filium Alexandrum; *Gloria, inquit, incumbit; verum eâ conditione, ne sis pestis, vel magnus aliquis morbus, sed pax & sanitas.* (d) Color vultus regij non fit alius, nisi Iridis, semper afferentis serenitatem. Imperium meliùs collatis beneficijs, quàm illatis supplicijs stabilitur. Princeps clemens nihil timet, quàm ne à subditis timeatur; nec aliud amat, quàm amari. *Nulum ex omnibus magis clementia, quàm Regem & Principem decet.* (e) Coelo frontem suam intra atras nubes contrahente, omnium oculi passim consternuntur, horroremque induunt. Eriguntur vicissim, si vultum explicet serenum. Regis Atabrici gnoma erat; *Semper in honore manet Princeps, cujus est tranquillus animus, & quem serenissimus commendat aspectus.* (f) Seneca inter bonas Principis dotes recenset, ut sit *sermone affabilis, accessuque facilis; vultu, qui*



*maximè populos demeretur, amabilis. (g) Eugenium Pontificem formaturus Bernardus, hanc boni Principis synopsis dedit; Vultu serenus esto. (h) Scivit Mellifluus Doctor, Apum Regem aculeo carere, mellis plenum. Iracundissima, & pro corporis captu pugnacissima sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt. Rex ipse sine aculeo est. Voluit enim natura nec seivum esse, nec ultionem petere, telumque detraxit, & iram ejus inermen reliquit. (i) Inexpugnabile munimentum est, munimento non egere; & tot erecta spectare propugnacula, quot civium numerantur corda. Attila cum suo interitu ob severitatem dictus est Terror orbis; Titus Imperator cum suo incremento ob clementiam Delitia humani generis. (k) Nihil à clementia timeat Princeps etiam inter medios hostium cuneos, quia globus tormenti bellici, adversus faccum, molli lanâ plenum, sparsus, diffringitur & innoxius decidit.*

*Non sic excubia, nec circumstantia tela,  
Quàm tutatur amor.*

Displicet solium, quod non nisi reorum tribunal est; & horremus Themidis sedem, assiduo hominum sanguine cruentatam. Pestiferavis est, valere ad nocendum. (l) Theodatus, Italiae Rex, cum ad Imperium evehere-

tur



tur, dixit; *Mutavimus cum dignitate propo-  
 tum, & si antè districtè justa defendimus, nunc  
 clementer omnia mitigamus.* (m) Nil magis  
 regium, quàm victricis pede hostem preme-  
 re, non tamen opprimere. Plus Marcello ac-  
 crevit gloriæ, dum incendiariâ Syracusarum  
 calamitate permotus, proprio oculorum flu-  
 mine suprema busta restinxit, quàm quòd vi-  
 ctoriâ elatus, rectis flammis injicere imperârit.  
 Plus nominis Pompejus transcripsit posteris,  
 quòd Tigranem, Armenia Regem, à se ca-  
 ptum, pristino restituerit solio, quàm si infames  
 ei compedes iniecisset. Nunquam scabra & a-  
 spera recipiunt ex publica dignitate lumen vel  
 splendorem. Nodosus durusque stipes nun-  
 quam in Honoris statuam formari potest. Ni-  
 lus, quòd tardo ac tranquillo fluat alveo, va-  
 stum Ægypti regnum uberrimè fœcundat.

*Lene fluit Nilus, sed cunctis annibus extat*

*Utitor.* (n)

Rapida flumina sparsam diripiunt semen-  
 tem, & sub sterili arenâ suffocant. *Leniter ca-  
 stigatus exhibet reverentiam castiganti; asperi-  
 tate autem nimia & increpatione offensus, neque  
 increpationem recipit, neque salutem.* (o) Cur  
 parcendi potiùs, quàm nocendi officium te-  
 neat Princeps, ex suismet ad Deum precibus



didicit Fridericus Imperator ; *A Deo, inquit, cum oro, misericordiam ac clementiam peto, non justitiam. Cur igitur me subditis clementem ac misericordem non exhibeam?* (p) Clementia est probatissima moneta Regni, quâ Princeps facillimè omnia emit. Nullâ re magis ad Deum propinquant homines, quàm hominibus dando veniam & salutem. Childeberto, Galliarum Regi, hanc regendi methodum præscripsit S. Gregorius Papa ; *Benignum Excellentia vestra suis subjectis semper se exhibeat, & si quæ sunt, quæ ejus animum offendere valent, ea indiscussa non sinat.* (q) Cancellariæ limitibus proscriberetur Archigrammateus, si epigrammam literarum ad Principem alio, quàm Clementissimi titulo finiret. Ideò Imperij solum conscendit Princeps, ut ad omnia paternæ clementiæ & amoris officia facilè descendat. Clementiæ magis, quàm severitatis exhibendæ rationem à priori affert Basilius Imperator. *Natura humana valdè ad labendum est proclivis, & ad cadendum prona. Esto ergò errantibus lenis, & justitiæ admisce humanitatem.* (r) Congenitam omnes homines habent errandi fragilitatem ; unde omnes perderet, qui omnium noxas excipere vellet severitate. Princeps in proprios nævos sæviendi methodum præ-

pra  
ftri  
rae  
& c  
Ap  
fin  
dul  
gen  
fen  
Cle  
per  
Ep  
hoc  
qu  
luit  
cate  
fese  
anc  
cip  
-  
-  
-  
Et c  
nec  
gur  
aliu  
acc  
Nec



præbet Deo, si omnia subditorum delicta perfringat absque clementia. Ingentis animi character est, in prostrato hoste superare se ipsum, & cum devicto se victum ducere in triumphum. Apes in ore Jovis infantis mellificasse, Poëtæ fingunt; ut persuadeant, Regem cum primis dulcescere debere benignitate ac clementiâ. *Ingens animus non vindicat injuriam, quia non sentit.* (s) Ubique sceptrum moderatur Clementia, faciles ad sua obsequia subditos experietur Princeps. JOANNES PHILIPPUS, Episcopus ac Princeps Passaviensis, cum ad hoc dignitatis fastigium extolleretur, non alio, quam Clementiæ symbolo representari voluit. Leonem sibi pingi fecit, ruptis undique catenis ac vinculis, subtili filo serico pro libitu sese circumduci passum. Lemma ex Claudiano subscripsit, dignum Lambergiano Principe;

*Peragit tranquilla potestas,  
Quod violenta nequit; mādāt aq̄, fortiùs urget  
Imperiosa quies.* (t)

Et certè, si ab Agno etymon est Lambergianis, nec alio, quam mansuetudinis Emblemate figurari potuit JOANNES PHILIPPUS; nec alius, quam Lambergicus, benignus inquam, ac clemens Princeps, præesse debuit Passavio. Neque enim sine vehementi dolore potest du-



riore manu tangi excoriatus Lupus, meliusque  
 dirigitur *in spiritu lenitatis & in omni patien-*  
*tia.* (u) Republicæ bono non sunt nati alii  
 Principes, nisi boni. Moses, per quadraginta  
 annos Israëlis Dux, ab ipsomet Deo constitu-  
 tus, *erat vir mitissimus super omnes, qui morabā-*  
*tur in terra.* (w) Perennat dignitas, quam suf-  
 fulcit clementia; ruit, quando metu concuti-  
 tur. Feræ non cicurantur inter sylvestria, sed  
 suavi ac humano consortio. Serpens com-  
 pressus iras exacuit, læsusque fit nocentior. Suo  
 damno id sentit Aquila, dum unguibus serpen-  
 tem stringit. Efferatus enim inter mutuam  
 pugnam serpens, Aquilam, gulâ prehensam,  
 mordet ac interimit. *Citò indignatur libertas,*  
*cùm premitur.* (x) Principem hortatur Roma-  
 nus morum Magister, *Ut manifestè læsus, ani-*  
*mm suum in potestate habeat; & pœnam, si tutò*  
*poterit, donet; sin minus, temperet.* (y) Unde  
 nolim omnem vindicis Justitiæ usum per Cle-  
 mentiam enervari. Ita mitigatam volo Ju-  
 stitiæ vim, ut subsequatur Clementiam, nec ni-  
 si invita ac coacta prodeat. Ventus, quercum  
 prosternens, parceret, si flecteretur quercus.  
 Nero, primis Imperii sui annis, cùm fatali sen-  
 tentiæ contra reos subscribere cogeretur, ex-  
 clamavit; *Vellem nescire literas.* (z) Franci-  
 scus, Mutinæ Dux, largè in lachrymas effunde-  
 batur,



batur, quoties extremo supplicio in hominem animadvertere debebat (aa) Gloriosius Principi est, reatum de medio sustulisse, quàm reum. Priusquàm Coelum tonitruis mugiat, & vaporum conflictu fulmina vibret, sub lugubri densarum nubium veste mceret. Vespasianus Imperator *etiam justis suppliciis illachrymavit & ingemuit.* (bb) Augustus Imperator *sustinere pœnas apparebat, cum exigeret.* (cc) Clementia & Justitia geminæ ac nativæ boni Principis dotes sunt. Hæc tamen paucos offendat, illa omnes recreet. *Sunt ad nocendum privati, ad præstandum Judices.* (dd) Cometa paucis minatur, omnibus fulget. *Nihil enim est tam regium, quàm opem ferre supplicibus, dare salutem, & liberare periculis homines. Et econtrà nihil est tam deforme, quàm ad summum imperium adjungere acerbicatem naturæ.* (ee) Clementia verè regia subditos suos potius minitando, quàm feriendo in officio continet, *cautè contenta minari.* (ff) Augusta Velleris Aurei catena flammam undique ad terrendum spargit, & non absque intuentium formidine è collo summorum Principum flagrat; sed tamen *innocua flagrat;* mavultque videri, quàm esse horribilis. *Nulla Regi gloria est ex seva animadversione. Quis enim dubitat posse? at contrà maxima gloria est, si vinum suam continet, si multos iræ alienæ eripuit,*  
nemi-



*neminem sic offendit.* (gg) *Securis Romana, ne noceret, fascibus colligata erat; & ut terreret, sublime micabat.* Alphonfi, Aragoniæ Regis, dictum erat; *Sceleratos clementiâ, bonos verò justitiâ in officio contineo.* (hh) *Corruptum membrum ita secandum est, ne totum detruncetur corpus. Princeps amorem apud populares, metum apud hostes querat.* (ii) *Dialecticæ Lambergianæ nec universalis est à parte rei Clementiâ, nec severitas; sed utramque per operationem perspicacissimi intellectûs ita attemperat, ut unitatem fortiatur severitas, multiplicitatem Clementiâ.*

- (a) *Senec. l. 1. de Clement. c. 24.* (b) *S. Hieron. Epist. 62.*  
 (c) *Senec. l. 1. de Clem. c. 5.* (d) *Ælian. Var Hist. l. 14. c. 11.* (e) *Lipsius Civil. doctrin. l. 2. c. 12.*  
 (f) *Cassiodor. l. 8. Epist. 14.* (g) *Senec. l. 1. de Clem. c. 3.* (h) *S. Bernard. l. 4. de Consid.* (i) *Senec. l. c. cap. 19.* (k) *Sueton. c. 1. in Mund. Symb. l. 8. n. 133.* (l) *Senec. l. c. cap. 3.* (m) *Cassiod. l. 10. Var.*  
 (n) *Claudian. de Consul. Man.* (o) *S. Prosper. l. de Vit. Cont. c. 5.* (p) *Æneas Sylvius. l. 2. c. 48.* (q) *S. Greg. l. 8. Epist. 6.* (r) *Mund. Symbol. l. 2. n. 427.*  
 (s) *Senec. l. 1. de Clem.* (t) *Claud. de Consul. Manlii.*  
 (u) *Galat. 6. 1.* (w) *Num. 12. 3.* (x) *S. Hieron. Epist. 62.* (y) *Senec. l. 1. de Clem. c. 20.* (z) *Senec. l. 2. de Clement. c. 1.* (aa) *Dom. Gambert. in Vit.*  
 (bb) *Sueton. in Vesp.* (cc) *Senec. l. 1. de Clem. c. 14.*  
 (dd) *Cassiod. Var. lib. 11. Ep. 36.* (ee) *Cicero.* (ff) *Claudian. de Istrice.* (gg) *Senec. lib. 1. de Clem. c. 17.*  
 (hh) *Mund. Symbol. l. 8. n. 143.* (ii) *Tacit. l. 2. Annal.*

BENE-



(O)

# BENEFICENTIA.

93



## ECTHESIS X.

**D**iversa umbrarum, vaporumque stromata obtenduntur cœlo, quæ tamen in suas distracta latebras aufugiunt, ut primum Solis radio Cœlum illustratur. *Hominum indigentiam miseratus Princeps, facit in terris opera Cœlorum.* (a) Fugat suâ beneficentiâ, quasvis calamitatum umbras intentavit egestas. Principis beneficio nemo non evadat illustris. Est instar Solis, qui solus inter Planetas,

tas,



tas, cæterasque molis diversæ constellationes, lucem suam diffundit in omnes. Constantius, Orientis Imperator; *Ego porrò, aiebat, officii mei partes esse duco, vobis non solum ex publicis bonis latitiæ materiam præbere; sed insuper privatæ singulorum utilitati, quorum ejus fieri queat, debitam providentiam, sollicitudinemque navare.* (b) Princeps uti Virtutis, ita & Munificentia speculum est, quod radios, in se è cœlo diffusos, magno lucis reflexæ incremento in alios diffundit. Cum Theodorico communia habeat vota; *Optamus cunctum diem plenum beneficiis nostris excurrere. Optamus, ubique præstita nostra beneficia radiare.* (c) Diem se perdidisse credidit Cæsar, quâ nemini benefecit. Certè, eâ die felix non fuit Princeps, quâ nihil beneficii præstitit; cùm unica Principis felicitas sit, ut suâ felicitate multos efficiat felices. *Quid enim tam Regium, quàm fecisse felicem? & eò usque præstare, quò se erectus stupeat attigisse?* (d)

- - - *Hoc Reges habent*

*Magnificum & ingens nulla quod rapiet dies,  
Prodesse miseris, supplices fido lare protegere.* (e)

Proximus Deo est, qui in homines beneficus.

*Dii*



*Dii fortes terra sunt Principes, quia in munere beneficiendi cum Deo aequantur, quodammodo Dii facti* (f) Demosthenes interrogatus, quid Deo simile haberent homines? respondit; *aliis benefacere.* (g) Haud dubiè muneri suo deesset Sol, si solâ vultûs sui Majestate superbè exhibitâ, nihil fomenti ac roboris conferret Mundo. Procul à boni Principis conditione absit, ut solo sanguinis aut dignitatis splendore glorietur, nisi simul conetur subditos devincire beneficiis. *Quemadmodum Sol non tantùm lucet Mundo, sed fovet, vegetat, & animat: sic populis Princeps in splendore suo commodat & juvat.* (h) Infeliciter imperant, qui imperium comparatis pecuniis metiuntur, & potestatem arbitrio. Aureliani Cæsaris judicio; Respublica optimè regitur auro & ferro; manu videlicet forti & liberali. Munificentia est vinculum adamantinum, quo sibi subditorum animos devincit Princeps. Livius existimat, nihil non pro Principe aggressuros subditos, si magnis conatibus magna ac commensa proponantur præmia. Ditare, benevolentiam conciliat Principi; ditescere invidiam. Donis capitur homo, ut piscis hamo. Duobus pedibus incedit Respublica, Præmio & Poenâ: alterutro horum deficiente, claudicat bonum publicum. Sub aureis

iones,  
antius,  
officii  
publicis  
r pri-  
queat,  
nava-  
ficen-  
lo dif-  
n alios  
ia ha-  
bene-  
præsti-  
didif-  
Certè,  
bene-  
as fit,  
Quid  
& eò  
tigis-  
lies,  
tege-  
ficus.  
Dii



aureis imbribus olim nata est Minerva ; hodie  
 subisdem surgit Respublica. *Si honore, quem  
 dignitas contulit, perfrui vis, presta te commu-  
 nem omnium benefactorem; nihil enim adeò at-  
 trahit ad benevolentiam, uti beneficii gratia, quæ  
 datur egentibus.* (i) Adamantis robur non ita  
 emollitur malleis & ferreis scalpris, sicuti mol-  
 li liquore hircini sanguinis. Etiam rebellia &  
 obstinata subditorum pectora franguntur be-  
 neficiis. Alphonsi, Arragonum Regis, sapiens  
 dictum erat; *oblatrantibus & rebellantibus ca-  
 nibus objiciendam esse offulam; beneficia videli-  
 cet malevolis.* (k) Munifico Principi plerumque  
 obsequuntur, qui restiterant armato. Si Prin-  
 ceps non sentiat malefacta, eaque compenset  
 beneficiis, sentiet malefactor in beneficio gra-  
 tiam, & gratum se sistet benefactori. Nubes,  
 tametsi falsis amaricetur evaporationibus ma-  
 ris, eas tamen dulces efficit, ac frugiferas re-  
 fundit pluvias. *Mala pati & benefacere, Chri-  
 stianorum Principum est.* (l) Ampla est Princi-  
 pum potestas, ut beneficentiam possint latè  
 diffundere. *Pietate plenum est, peregrinam  
 gentem publicis beneficiis obligare, & non tan-  
 tum consanguineos ad substantia lucra mittere,  
 quantum ipsos quoque advenas.* (m) Principi  
 quivis subditorum est proximus, quem juvet;  
 sicuti



sicuti Princeps, tam sceleratus, quàm bonus, cupit esse proximus Deo, à quo adjuvetur. En beneficentiæ tuæ ideam in Deo, etiam erga blasphemos! *Laudas Deum, pascit te: blasphemus, pascit te: ut pœnitentiam agas, expectat te: sed si te non mutaveris, damnat te.* (n) Nihil est ita naturæ consentaneum, quàm juvare confortem naturæ. Quòd Princeps fulgeat dignitate, munificentia Divinæ est; Quòd alios juvet, munificentia propriæ est, tantò magis curandæ, quò magis lucrativæ. Si Princeps æstimandus est ex meritis, beneficentiam prætere tendere debet non dignitatem, quæ etiam in obvium quemvis rusticum conferri potuisset. Non sibi, sed patriæ natus est Princeps! Jupiter à juvando dictus est, quia non est certius supremæ dignitatis testimonium, quàm suprema in omnes beneficentia. Augustus Imperator, ad Imperium sublevatus, gradum hunc sibi unicè gratulabatur, quòd facultatem haberet, omnes promerendi beneficiâ. *Principis est, velocissimi sideris more, omnia invisere, omnia audire, & undequaq; invocatum, statim velut Numen adesse & assistere.* (o) Terræ foetibus nata sunt sidera, ejusque bono intra sphæras suasvolvuntur. *Sicut sidera splendorem habent, nonnisi ut usibus mortalium inserviant; sic Princeps dignitatem,*





*tatem, sed cum munere, officioque devinctam. (p)*  
 Vapor, succollante solis calore in aëra elevatur, ut in pluvias resolvi, terramque aridam fecundare possit. Illud cum vulgo commune habet Princeps, quòd naturâ suâ homo fit, ac vilis terræ vapor. Dum vulgus humili ac infimo subsidit loco, ille in sublime effertur, ut beneficentiam suam in subditos dispenset. Elevatur, ut elevet; non elevandus, si sibi soli, non subditis deberet prodesse. Laudanda est profusio, quâ regnorum majestas & felicitas crescit. Fons, excelso horti loco spectandus, nihil aquarum sibi reservat, sed in rivulos diffusus subjectos flores ac herbas rigat, ut erigat. Nequit censerî augusta illa manus, quæ ad erogandum apparet angusta. Leo Imperator dicere solebat. *Non aliter oportet Principem, quoscunque aspexerit, suâ benignitate dignari, quàm sol, qui cum sui luminis claritate collustret, sui quoque caloris participes efficit. (q)* Si muneri suo deest Princeps, qui non largitur munera; eandem habet ad exequendum officium & ad exhibenda beneficia obligationem. Est consuetudinis, est animi felicitis, ut adscitus ad regnum, quod fuit proprium, quod privatum, mox parentibus, mox propinquis, mox indigentibus civibus liberaliter eroget; ne sit mendicus animo, qui

qui  
 ex  
 av  
 ste  
 bon  
 mi  
 mu  
 mis  
 in  
 du  
 no  
 no  
 O s  
 que  
 Pa  
 Mu  
 qua  
 ve  
 Av  
 san  
 der  
 tō f  
 fion  
 sat  
 hab  
 di  
 nu



qui censu & honore fungitur. (r) Hominem exuit, & in belluam degenerat Princeps, qui avaritiæ addicitur. Antonino Imperatore teste, *Hominis natura conveniens est, ut aliorum hominum curam gerat.* (s) Et Seneca; *Hoc ab homine exigitur, ut pro sit hominibus, si fieri potest, multis: sin minus, paucis: si adhuc minus, proximis.* (t) Avarus, instar porci, tantum prodest in funere. Nisi inguletur porcus, non con ducit ad cibum, sordibus suis involutus. Æquè non habet avarus, quod habet, quàm quod non habet. Rectè locupletis avaro dictum est; *O stulte! divitiæ tuæ in te pereunt, paupertati- que similes sunt, dum in his esuris, sitis, & alges.* (u) *Parta tenet, non parta cupit, nullis unquam Mundi bonis exsaturandus. Avarus non ea, quæ retrò sunt, attendit, sed quæ his desunt, quæ- ve antè prospicit à vicinis possessa, desiderat.* (w) Avarus vipera est, quæ vivens lædit, mortua sanat. Quantùm sibi infamis Avarus, tantun- dem noxius est Reipublicæ. Veluti flumen tan- tò fit rapacius, quò plurium fluviorum acces- sione crescit. *Avaritia nunquam expletur, nec saturatur sitis cupiditatis; neque solùm libidine habendi excruciantur, sed etiam metu amitten- di.* (x) Hirudo, utut hausto sanguine turgida, nunquam desistit sugendo. Non ob ea, quæ



possidet, letatur; sed ob ea, quibus caret, angitur. Neque iis, quæ congregavit, fruitur; sed cupiditate plura consequendi, se magis excruciat. (y) Quis ergò in Reipublicæ gubernandæ fastigio toleret belluam? quis furiosum? quis sordidum & infamem Nabothum? quis flammam, in vicina omnia grassantem? quis hominem, sibi non sufficientem? Malus punica ideò censerit potest præ aliis fructibus coronata, quia sponte suâ rumpitur, ut purpureas suas gazas dispergere possit. Plus acquirit Munificus Princeps erogando, quàm avarus retinendo. Nullus potentior est ad acquirendum titulus, quàm munificentia. Qui granario clausam servat sementem, in melioris œconomix leges peccat. Spargenda est in agros, ut metas. *Beneficentia meritum in auctorem retorquetur.* (z) Multa eroganda sunt à Principe, ut multa recipiat. Turpe est, si Princeps in beneficentia quæstum captet alium, nisi qui ex ipsa nascitur beneficentia. Opo-balsamum suâ sponte fluens, pretio habetur longè majore, magisque vulneribus medetur, quàm ferro expressum. Primam myrrham vocamus Staeten seu electam, quia melior est, quàm violenter decerpta. E Theodorici Regis sententia; *Non possumus estimare jucundum, quod*





quod ingratus fuerit dilatione suspensum. (aa) Non exoratus exoritur Sol, orbemque illustrat gratuito. Neque tu expectes plausus ac laudes ut benefacias, sed sponte confer beneficia, & aequè ac sol amaberis. (bb) Vilis emptor est Princeps, qui terræ glebam præfert fructibus, ex beneficentia proferendis. Nequit beneficentia, & ornatur. Stringit subditorum animos, & immortale nominis decus parit. Regnantis facultas tunc fit ditior, cum donat; & acquirit nobiles thesauros fama, negligat vilitatem pecunie. (cc) Gloriæ ac famæ adipiscendæ institutus est augustus Velleris aurei Ordo. Hanc ut tantò certius adipisceretur, tyrocinium auspiciatur à beneficentia, quam ex lege sexagesima prima erga pauperes exercere jubetur Chrysomalli Candidatus. Proinde à congreganda gloria, & erogando auro etymon sortitur Aureum Vellus. Regium est accipere parva, & largiri magna. Cedrus inter arbores eminent, quia floribus recreat, & fructibus pascit. Amor & delitiæ generis humani fuit Titus Imperator, dum non modò Principis sollicitudinem, sed & Parentis affectum prestitit, nunc consolando per edicta, nunc opitulando, quatenus superesset facultas. (dd) Neque est, quòd ærarii tenuitatem objiciat tenacior ærarii Præfectus. Nunquam enim liberalitati Principis deesse poterit,



quod erogat, si Principi non desit liberalitas. Puteo crescit aqua, si effundatur; stagnat ac putrescit retenta. Omnibus benefacere, Dei est, qui *idem Dominus omnium, dives in omnes.* (ee) Solis est, qui *super omnes equali & pari luce diffunditur.* (ff) Principis est, representantis in beneficentiâ Deum, in dignitate Solem. Dialecticæ Lambergianæ beneficentia est univoca ad omnes, neque ullis sese distrahi patitur analogiis.

- (a) Sidon. Apoll. l. 6. Ep. 12. (b) Orat. de Themist. Phil.  
 (c) Casiod. l. 3. Var. Ep. 11. (d) Ibidem. (e) Seneca  
 Trag. in Medea. act. 2. (f) Agell. in Psal. 46. v.  
 10. (g) Maxim. Serm. 8. (h) Lipsius Dissert. ad  
 Albert. & Isab. (i) Agapit. Epist. Paren. n. 9. (k)  
 Mund. Symb. l. 12. n. 14. (l) Philo Carpatius in c.  
 9. Ezech. (m) Casiod. l. 12. Var. Ep. 9. (n) S. Aug.  
 Serm. 48. de Divers. c. 6. (o) Plin. in Paneg. Tra-  
 jani. (p) Lips. lib. Polit. (q) Zonaras in Vit. Leon.  
 (r) S. Pet. Chrysol. Serm. 23. (s) Ant. Imp. lib.  
 quem de se ipso scripsit. c. 2. (t) Senec. l. de Vit be-  
 at. c. 30. (u) Pythagoras in Prov. (w) S. Basil. Hom.  
 in Laciz. (x) Cicero Parad. 1. (y) Basil. Hom. 22.  
 (z) Agapit. Epist. Paren. (aa) Casiod. l. 3. Var.  
 Ep. 40. (bb) Epictet. apud Stobæ. Ser. 44. de Mag. (cc)  
 Casiodor. l. 1. Ep. 16. (dd) Sueton. c. 1. & 8. (ee)  
 Rom. 10. v. 12. (ff) S. Cyprian. l. 4. Ep. 4.

PER-



# PERSEVERANTIA.



## ECTHESIS XI.

**N**on ille dignus est præmio, qui primam  
 operi admovit manum, sed qui finiit.  
 Non qui currit, meretur bravium, sed  
 qui pervenit. *Non est præmium in inchoatione, sed  
 in consummatione. Non datur denarius incipien-  
 tibus, sed finientibus.* (a) Acephalæ sunt virtu-  
 tes sine perseverantia, sicuti absque Principe  
 regnum. Perfecta dici non potest statua, do-  
 nec ultimam artifex imposuerit manum. *Sola*  
 est



est perseverantia, cui eternitas redditur, vel potius, quæ eternitati hominem reddit. (b) Virtutum coronidem dixeris perseverantiam, quia, nisi hæc accesserit, virtutum censu proscribuntur. Adamantis fulgor amatur, quia durat; fulguris e contra incutit horrorem, quia momento desinit. Invisâ lux est, quæ ibi disparet, quando necdum perfecta est. Author operis imperfecti dicitur, non quia non cœpit, sed quia non finijt. Nemini unquam triumphare concessum est, nisi finitâ pugnâ. Vir constans æquali vultu excipit fortunæ blandientis & adversantis vicissitudines. *Vir vocatur à viribus, qui nescit in adversis tolerando deficere, aut in prosperis aliquâ elatione se jactare: sed animo stabili defixus, & cœlestium rerum contemplatione firmatus, manet semper impavidus.* (c) Sol tamen affiduò currat, nunquam è tramite lineæ egypticæ declinat. De Fabricio, Romano celeberrimo, vetus parœmia erat; *Facilius est, Solem à suo cursu, quàm Fabricium à suo proposito deducere.* (d) Princeps habebit fortunam adversantem, qui fortunæ cedit. Etiam inter decumanos fluctus & gravissimos turbines è muneris sui statione dimoveri non debet, nisi cadere velit. *Cæptis, quæ quidem justa sunt, decet Regem invictum adhibere*

ber  
Qu  
tar  
per  
Ma  
ran  
ptu  
vit  
ite  
gu  
ad  
Vir  
fue  
qu  
per  
ner  
mo  
At  
vi &  
fort  
rat  
vir  
si in  
ipfa  
gra  
run  
lat



*berè animum, ac fortunam ferendo vincere. (e)*  
 Qui facilè mutatur, ut Luna, stultus dicitur,  
 tam parùm utilis ad regimen, ac multùm &  
 penè unicè regimini necessaria est prudentia.  
 Magnes in pyxide nautica semper ad cynosu-  
 ram convertitur, futurus navi dirigendæ ine-  
 ptus, si procellis cederet. *Mare quoddam est hæc*  
*vita; fluctus in ea assidui, sæpè tempestates, &*  
*iterum malacia aliqua, & tranquillitas distin-*  
*guit. Felices, qui ut periti nautæ assueverunt, ne*  
*ad singulas concussiones nauseent & agrescant. (f)*  
 Vir fortis non cedit loco, etiam cùm pulsus  
 fuerit. Motu quidem palpitat acus Magnetica,  
 quia tenuissimo cardine nixa, in æquilibrio  
 pendet. Ut verò à polari sidere dimoveatur,  
 nemo efficiet. Incurfari & concuti, hominis  
 mortalis ita est proprium, ut evitari nequeat.  
 At cedere aut superari, non nisi hominis igna-  
 vi & imbellis est. *Vir est, qui contra bifformes*  
*fortune eventus uniformi mentis constantiâ mili-*  
*tat præmunitus. (g)* Semper in æquo consistit  
 virtus, nec unquam ad extrema ruit. Bilanx,  
 si instabilis in hanc illamvè partem libretur, se  
 ipsam prodit, quòd necdum justo pondere  
 gravis sit. Cæsarem decet stantem mori, & vi-  
 rum gravem nunquam non consistere. Vacil-  
 lat respublica, si Principis decreta nutent. Ne-



cessarium Deo ac cuivis Principi attributum est; *Ego Dominus, & non mutor.* (h) Mutabilitas Principis tandem in ipsius Principis perniciem mutatur. *Profice, & ante omnia hoc cura, ut constes tibi. Quoties experiri voles, an aliquid actum sit, observa, an eadem velis hodie, quæ heri. Mutatio voluntatis indicat, animum mutare alicubi, atque alicubi apparere, prout tulit ventus. Non vagatur quod est fixum & fundatum.* (i) Princeps mutabilis indicat, se aut esse, aut fuisse in decernendo imprudentem; utrumque autem facit Principem plebi contemptibilem, & tam honoris indignum, quam virilis animi indigum. Plebis est, insultare statuti Principis, eorumque immutationem machinari. Princeps, his nubibus superior, sibi constat, & vel amolitur refractarias, vel expectat suâ sponte dissipandas. Jobus post everfas fortunas omnes, sedens in fimeto, & saniem testâ radens, animum servavit integrum. Scipio Romanus, *Animos, inquit, eosdem in omni fortuna gerimus, gessimusque; neque nos secundæ res extulerunt, neque adversæ minuerunt.* (k) Chilonis sententia est; *Tardè quidem aggredienda esse omnia; verùm cum semel jam inceperis, constantissimè in agendo perseverandum esse.* (l) *Nemo mutatum Catonem, toties mutatâ Republicâ,*

câ,  
Ob  
mi  
bis  
qu  
mu  
sta  
bon  
ma  
dic  
est  
rui  
cer  
sto  
no  
ctu  
(r)  
nu  
ob  
pre  
eis  
ni  
  
ab  
fir



*câ, vidit; Eundem se in omni statu prestitit. (m)*  
 Obstantia non terrent, sed animant, quia ge-  
 minant rectè agendi rationem. Socrates equa-  
 lis fuit in summâ inaequalitate fortunæ. (n) Æ-  
 qualem semper oportet esse Imperatoris animum;  
 mutari enim pro rerum varietatibus, mentis in-  
 stabilis argumentum efficitur. Firmiter autem  
 bonis inherere, stabilitorum est hominum, ani-  
 mamque inconcussam habentium. (o) Compen-  
 dio Xistus Philosophus; Sapiens semper similis  
 est sibi. (p) Turnus inter formidandas Troiæ  
 ruinas, & contemptas Divorum suppetias, di-  
 cere potuit; Nil me fatalia terrent, (q) Ari-  
 stoteles hominem constantem saxo quadrato  
 non absimilem dicit, quod semper consistit re-  
 ctum, quomodocunque jactum versatumque.  
 (r) Stat, etiam dum volvitur, pila. Justinia-  
 nus Imperator; Licet aliud ex alio per gradus  
 obtinuerit regimen, perveneritque ad ipsum su-  
 premum honorem; idem tamen permansit, non in  
 eisdem rebus inalterabilem continuit in officio a-  
 nimum. (s) Principibus Poëta occinit;

- - - - Vivite fortes,

Fortiaque adversis opponite pectora rebus. (t)

Principum Austriacorum pectora sic sunt  
 ab heroica indole & gratiæ divinæ præsijs  
 firmata, ut tantundem habeant in perpessione  
 rerum





rerum aduersarum constantiæ, quantum in  
 aggressione arduarum fortitudinis. Caroli V.  
 Cæsaris Austriaci periocha erat; *Quò plus peri-  
 culi, eò plus gloria.* Aquila aduersis ventis ce-  
 leriùs ac feliciùs volat, quàm secundis. De Au-  
 striaca Aquila dixeris; *Ecce caminus, sed non ti-  
 met aurum. Ecce mare, sed supernat at folium. Ec-  
 ce malleus, sed non confringitur Adamas. Ecce  
 ventus, sed mons Sion non commouetur. Ecce præ-  
 lium, sed miles tenet gladium, (u)* Nec mutantur,  
 nec maculantur stellæ, tametsi nubium obsi-  
 dione cinctæ. Nullus quidem prudenter ac-  
 cerfit aduersitates, sed occurfantibus impru-  
 denter cedit. De Trajano Imperatore Plinius;  
*Initium laboris in te mirer, an finem? Multùm est,  
 quòd perseverasti; plus tamen, quòd non timuisti,  
 ne perseverare non posses. (w)* Coelum, quod  
 unicè supra Principes est, ideam perseverantiæ  
 exhibet. Assiduis circumvolutum motibus,  
 nec cessat, nec fatigatur unquam. Ferdinan-  
 dus Imperator, nomine potiùs, quàm fortunâ  
 secundus, à cœpta oratione ac studio nunquam  
 destitit. *Pertinax laboris studium ad mortem  
 usque ei fuit. Eo ipso vespere, qui matutinum  
 obitum præcessit, libellos plurimos legit, plurima  
 constituit, suâque manu firmavit; nonnulla con-  
 siliarijs expendenda transmisit; Et planè, si non  
 stans.*



*stans, laborans occubuit. (x) Ita nimirum, qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. (y) Socratis dictum erat; Statua quidem in sua basi; virtutis autem studiosus in bono proposito nixus, immobilis esse debet. (z) Seneca; Plus operis est in eo, ut proposita custodias, quam ut honesta proponas. (aa) Et Claudianus;*

*- - - Plus est, servasse receptum,*

*Quam quasisse decus. (bb)*

Princeps arbor est Cypressus, nec vetustatem sentit, nec cariem; virens assiduò, sive æstatis infestet ardor, sive hyemis inclementia. Ineptus est gerendis publicis, cui ab instantibus quibusvis imprimitur figura. Instar fragilis speculi est, quod acceptas imagines momento obliterat. *Maximum indicium male mentis est fluctuatio, & inter simulationem virtutum & amorem vitiorum assidua jactatio (cc) Proteus, inconstantis animi hieroglyphicon, tot bestias induit, quot vitia. Inconstantia pedissequa metamorphosis est, ut virtus degeneret in vitium, & tot in mutabili pectore stabulentur bestia, quot interceptæ virtutis monstra. Infirmæ radicis indicium præbet arundo, quòd assiduo ventorum incurfu jactetur. Stultis nunquam velle aut nolle decretum est. Variatur quotidie judicium, & in contrarium vertitur. (dd) Indignum*



gnum est, ut Principis decreta instar larvæ sint, quæ pro libitu deponi potest ac resummi. An fortè senectus evincere potest, ut à cœpto labore honestè desistas? Cùm Diogeni diceretur; *Senex es, jam quiesce à labore.* Respondit; *Quid enim, si in stadio currerem, ad finem oporteret cursum remittere, & non magis intendere?* (ee) Stultè post diuturnos cursus ante præfixam metam quiesceret cursor. Sic enim ab alijs præverteretur ac breviò excideret. Meta nulla laboris, nisi dum postremam laboris mercedem recipis. Etiam adulta apis mellificat. Horologium intermittendo fit inutile. Ignis, utut vetustus, potiùs extinguitur, quàm frigescat. Equum onerarium, quoad vires suppetunt, non eximit ætas. Liliū, etiam senescens, & à thyrsō avulsū, servat odorem. Dum tamen hīc constantem te volo, nolo pertinacem. Constantia in bono est, pertinacia in malo. Quod fortiter inchoatum est, non debet ignavè deseri, ne hostis incipiat, ubi tu desinis. Si tamen vel malum fuit, vel ex eventibus malum fit, quod cœpisti; desistendum est cœptis, ne cum interitu tuo finias. Ventorum impetu rumpitur Quercus, quia pertinax. Constans est, qui se mutat ad circumstantiæ & rationis mutationem. Fatui, non



non constantis est, inhærere primis, quando ratio aliud suadet. Malè Princeps imitatur sylvestrem aprum, qui mori potius sustinet, quàm cubili suo extrahi. *Sententia sua tenaces spernunt aliorum consilia. Quam viam semel ingressa sunt, non omittunt, etiam cum manifesto errore.* (ff) Resilire à sententia sine ratione, inconstantia est; persistere in sententia, ubi ratio aliud suadet, pertinacia est. Errat, qui constantiam ad cervicis suæ decreta componit. Animus obstinatus, instar aspidis, obturat aures, ne cogatur exuere vitium. *Sicut constantia non sinit hominem depravari, ita pertinacia non sinit corrigi.* (gg) Lupus senescendo fit deterior, homo pertinax agendo. Longævam objicis consuetudinem? commune hoc illorum est effugium, qui, cùm prudentiâ & ratione careant, consuetudine muniri student. Antiquari debet, quod vel semper fuit malè antiquum, vel ob hodiernas circumstantias incipit esse malum. Consilium sapiens ex inopinato casu evadere potest stultum ac temerarium. Consuetudo est bona, quamdiu eam succollat ratio. *Tanquam peregrinum exulet, quidquid ex consuetudine perniciosum nascitur.* (hh) Perseverantiæ ambitu circumscribi debet, ut virtutis laurea sequatur. Aureum Vellus



Vellus nullos habet Virtutis exercendæ limites nisi mortem. Augustæ hujus Societatis præceptio trigesima nona est, ut Torquem aureum *non nisi cum vita* exuant. Quæ circa pectus ardent torquatae flammæ, nullum habent magnitudinis terminum. Sursum tamdiu nituntur, donec ætheri conjunctæ sint. Ut eò enitantur, per obstantes nubes cæteramque aëris intemperiem ascendendum est, nisi inter impuras & viscosas inferorum flammæ delitescere velint. *Ignis nunquam dicit; sufficit.* (ii) Dum agitur, augetur flamma, & majore semper robore invalescit. *Vera virtus finem nescit.* (kk) Nequit subjectum dici perfectè virtuosum, nisi & terminus perfectus sit. *Hoc ergò à te exigo, ut, qualem cæperis præstare te, talem usque ad exitum serves.* (ll) Quam JOANNES MAXIMILIANUS de LAMBERG erga Cæsares fidelitatem cœpit, sepulchro intulit; genuinus Aurei Velleris Eques, dum non nisi cum vita remisit Torquem, constantis & assiduæ virtutis tesseram. Hæredem tam Virtutis, quàm aurei Velleris reliquit FRANCISCUM JOSEPHUM, ut Illustrissimæ Domui Lambergianæ nunquam deesset actualis relatio fidelitatis & obsequii erga Augustissimam Domum Austriacam.



- (a) S. Aug. Serm. de Pass. (b) S. Bernard. Epist. 129.  
 (c) Casiodor. in Psal. 1. (d) Mund. Symb. l. 24. n.  
 67. (e) Aeneas Sylvius, postea Pius II. Pont. Max.  
 l. 1. c. 9. (f) Lipsius Centur. 2. ad Belg. 41. (g)  
 Cicero apud Hibern. V. Instabil. (h) Malach. 3, 6.  
 (i) Senec Ep. 35. (k) Livius l. 37. (l) Stobæus  
 Serm. de Prud. (m) Senec. Ep. 104. (n) Senec. ibid.  
 (o) Agap. Epist. Paræn. n. 13. (p) Mund Symb. l.  
 24. n. 65. (q) Virgil. l. 9. Aeneid. (r) Aristot. in  
 Eth. (s) Agapit. Epist. Paræn. n. 3. (t) Horat.  
 (u) Pet. Cellens. l. 7. Epist. 2. (W) Plin. in Paneg.  
 Traian. (x) Lamorm. cap. 8. vit. (y) Matth. 10.  
 v. 22. (z) Stobæus Serm. de Prud. (aa) Seneca.  
 Ep. 16. (bb) Claud. de Laud. Stilicon. (cc) Seneca  
 in Proverb. (dd) Seneca apud Lips. l. 2. Manud.  
 diss. 15. (ee) Laërt. lib. 6. (ff) Lipsius Centur. 1.  
 Ep. 47. (gg) S. Aug. Epist. 210. (hh) Laërt. l. 6.  
 c. 1. (ii) Prov. 30. 16. (kk) S. Bernard. Epist.  
 253. (ll) Seneca Epist. 120.

ECTHESIS XII

... in virtute illudabilis est, quæ vana  
 ... publicæ geruntur est fama, ex meritis comparatur  
 ... sine honore numero est accepta po  
 ... in virtute illudabilis est, quæ vana  
 ... publicæ geruntur est fama, ex meritis comparatur  
 ... sine honore numero est accepta po

H

FA-

(a) S,





# FAMA NUNQUAM INTERMORITURA.



## ECTHESIS XII.

**F**Urum, non famam sibi comparat, qui famam ante virtutem quærit. Ancillari debet virtuti fama, ne virtus degeneret in vitium, & fama in infamiam. Sicuti gloria laudanda est, nisi vana sit, ita fama sine præviâ virtute illaudabilis est, quia vana. Reipublicæ gemma est fama, ex meritis comparata. Sine his non nisi umbra est tenebris potius

tius  
rum  
Vir  
deb  
quâ  
les.  
evif  
peri  
diâ  
rere  
re a  
rint  
rene  
ribu  
cilia  
hab  
min  
exD  
Illuc  
mer  
virt  
Lau  
re, c  
lius  
titut  
cine  
vet r



tius quàm luci publicæ deserviens. Turbarum ac seditionum foecunda parens est sine Virtute fama. Basis enim, quæ virtute stabiliri debuisset, struitur ex lubricâ vitiorum arenâ, quâ facilè corruente, labitur Reipublicæ moles. Ut muscam venetur aranea, se ipsam eviscerat. Ut gloriolam coram Mundo aucuperis, inter curas & labores tabescis; vix dimidiâ parte fatigandus, si gloriam ex virtute quaereres. Athletas ridet Lucianus, quòd pulvere ac ceromate conspersi, in arenam descenderint, ubi contusis membris, ac discerptis horrendùm venis, non rarò animam ex imis visceribus eiecêre, ut famam sibi perpetuam conciliarent. (a) Satius est nullam apud posteros habere famam, quàm ex vitio partam. Abominandum est Herostrati nomen, quod sibi ex Dianæ Ephesiæ combusto templo conflavit. Illud nomen in æternitate durat, quod ex intemerato Virtutis templo trahit originem. Ex virtute nascens fama, immortalis est, & veluti Laurus, victrix temporis. Si bonum est vivere, optimum est æternùm vivere, quæ vita solius virtutis est. In hanc nihil possunt fata, ut reliquam totam hominis compagem incineres redigant. Qui virtute vixit, gloriâ vivet nunquam intermoriturâ. Indies audimus

AM  
A.



at, qui  
ncillari  
eneret  
gloria  
e præ-  
Rei-  
ompa-  
is po-  
cius



Alexandros Macedones, Cæsares, Scipiones Africanos, aliaque magna Heroum nomina, quæ non nisi ruente sole conticescent. *Neutiquam reliquias bonorum virorum aufert tempus, sed virtus etiam morte peremptis lucet.* (b) Breve dierum curriculum est, famæ cursus sempiternus. Hominis Politici anima est bona fama, sine quâ Reipublicæ cadaver est. Crudelior est, qui jugulat famam, quàm qui corporis vitam; illius enim vita est perennis, hujus caduca. Levi anhelitu expirat vita, bonum nomen spirat totâ æternitate. *Si quod est pretium virtutis ex famâ, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo; tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit. Nulli non virtus & vivo & mortuo retulit gratiam.* (c) Quovis tempore major est fama, ac, veluti Quercus durando secula vincit. (d) Alphonfus, Arragonum Rex, moriturum consolans; *Non est, inquit, cur mortem timeas, cum hæc bene viventibus sit vita, atq; ejus vitæ principium, quæ neq; doloribus, neq; timori, neq; invidia, neq; ærumnis ullis subjecta est.* (e) Divinitatis more agit, qui præter gloriam quærit nihil. Ingens pretium est fama Mundo æqualis. & triumphus sæculis major. Stellæ, quæ sphæram ætheris octavam incolunt, clariores fulgent in tenebris. Nihil qui-



quidem difficilius est, quàm inter tot oculos & aures famâ excellere. Indocti infestant famam, ut lucem noctuæ; docti sæpè putant, majori lumine obtenebrari minus; At nubes hæ sunt, tantò magis invalidæ, quandò plus infra famæ splendorem. *Ut stella in Cælo per ipsas tenebras fulgent, sic bonorum fama per obstantes caluminum nubes,* (f) Hominis maxima pars est fama, quæ sola è supremo rogo evolat, dum cæterum corpus tumulo sepultum manet. Ne totus moriaris, famæ mortem declina, ut moriturus tibi met canas illud Herois epicedium;

*Non omnis moriar, multa que pars mei  
Vitabit Libitinam.* (g)

Morte potior est fama, quia propter famam contemnenda mors. Hieronymus Oligiatus, ob interfectum Ducem in frustra concidendus, exclamavit; *Mors acerba, fama perpetua; stabit enim vetus memoria facti.* (h) Thus absumitur flammis, ut latè fragrans superfit odor. *Qui affectat fame commoda, vite corporeæ negligit augmenta,* (i) Prodigus est, qui famam pro vitâ temporariâ vendit, quia momentum servat, ut perdat æternitatem. Baldo bona fama est *thesaurus inestimabilis;* (k) Aristoteli *maximum omnium bonorum.* (l) Ergò in





melioris œconomiaē leges delinquis, si corporis luteum frustum cum inæstimabili thesauro maximum bonum cum infimo commutes. Spectaculum oculis dignissimum censetur pyrobolus, quia perit ut luceat. Agricola suum, tametsi in ætatis flore occisum, confenuisse ait Cornelius Tacitus, quia, *quantum ad famam longissimum ævum peregit.* (m) Vitæ nostræ gloria, dum nitet, cadit; nunquam casura, si vitam in fama, non in corpore collocaremus. Humaya, ad Cordubense regnū aspirans, cum ab amicis commonefieret periculosi desiderii, respondit: *Hodie Regem dicite, cras perimite.* (n) Laudabile est, morti propriæ succumbere, ut famæ vitam in heroicis factis conserves illibatam. Principum maximè interest, famam servare integram, quia illorum infamia redundat in dedecus, ac damnum Reipublicæ. Proximus corpori interitus imminet, si capitis vita diffuat. Nullus est sine honore Princeps, nullus sine famâ honor, cum honor sit proles famæ. Unde sic famâ quærat Princeps, ut constet, eum potius velle prodesse, quàm famâ eminerre. Omnes judicent, Principem mereri gloriam, non quærere. Maximilian. Germaniæ Salomō, Bavarix Dux, in sapientissimis monitis ad Ferdinandum filium ait: *Princeps magnam habeat*

rati-



*rationem fama, sed veris virtutibus quaesita, ne fama contemptu virtutem contemnere videatur. Cateris Mortalium non perinde, atque Principi, necessarium est laudis ac posteritatis studium; illorum enim etsi parum honesta, obscura tamen, & brevis est memoria. Principis autem excelsa posita & longissima manet recordatio, & talis quidem, qualem suis moribus excitaverit. Omnia facta & dicta Principis rumor excipit: & plerumque in majus extollit. Proinde quaecumque is nomen meruerit, sive clarum ac prosperum, sive fœdum ac infaustum, magnum illud est habiturus. (o) Vix ulla Principis vitia ita occulta sunt, quin ipsius famæ noceant. Fato quodam nunquam tam ignorans est populus, ut Magnatum probra nesciat. Famæ pervium est quodcunque Principis conclave, nec facile in secreto agere potest, qui pluribus Secretariis indiget. Quamvis suas actiones ita attemperet Princeps, ut nullam putet esse occultam. Fama solidissimum est fecilitatis fulcrum, quo nititur Princeps. Augustus Velleris aurei Ordo sancitam habet legem, ut ad gloriæ trophæum enitatur. Nihil enim arduum, nihil sublime molitur mens humana, nisi incitamento sint fama & gloria. Decrescit & exanimis concidit Fama, nisi momentis singulis crescat. Quam*

(n)



Illustrissima Lambergiana Domus ante com-  
 plura sæcula cepit ac propagavit gloriosam  
 Nominis sui famam, ad supremos apices pro-  
 movit JOANNES MAXIMILIANUS, Aurei  
 Velleris aureus Eques. Hodierna adhuc am-  
 plissima incrementa addunt JOANNES PHI-  
 LIPPUS & FRANCISCUS JOSEPHUS, uter-  
 que intimus Cæsaris Consiliarius & Camerari-  
 us; hic supremus Austriæ superioris Capita-  
 neus, & recens inauguratus Velleris aurei E-  
 ques; ille ad supremum Passaviensis Ecclesiæ  
 Clavum residens. Est hoc *pretium sublime la-  
 borum*, quos pro Cæsare & Patriâ gloriosissi-  
 mos ostentat Magnanimitas Lambergiana.  
 Immortalem JOANNIS PHILIPPI famam ce-  
 lebrabit Vienna, pro quâ liberandâ fortem il-  
 lum infractumque Saxonum Exercitum suâ fa-  
 cundiâ ac dexteritate excitavit adversus obse-  
 fores Turcas ultorem. Grato semper animo  
 illam JOANNIS PHILIPPI gloriosam famam  
 recolet hodierna laudatissima Archiepiscopa-  
 lis Infula Salisburgensis, cui JOANNES PHI-  
 LIPPUS *votorum consensum ad dignissimum ver-  
 ticem procuravit*; uti his verbis testatur incly-  
 tum Societatis JESU Collegium Passaviense. (p)  
 Hæ Lambergiani honoris propositiones nun-  
 quam poterunt fieri falsæ, quia semel, imò  
 millies fuerunt veræ.



(a) Lucian. opere de Gymnast. (b) Euripides in Andio-  
 med. (c) Seneca Epist. 79. (d) Virgil. l. 2. Georg.  
 (e) Aeneas Sylvius in vit. (f) Lipsius Centur. ad  
 Belg. Ep. 11. (g) Horat. l. 3. Carm. od. 30.  
 (h) Boterus dict. Memorab. p. 3. l. 1. (i) Casian.  
 lib. 1. Epist. (k) Baldus in l. 1. col. 4. c. de Con-  
 fesf. (l) Arist. l. 4. Eth. (m) Corn. Tacit de Agric.  
 (n) Saavedra Embl. 59. (o) Adeltreütter in Vit.  
 Max. (p) Colleg. S. I. Passav. in Spiritu Princi-  
 pali fol. 20.



H 5

Hist-

(a) Lu-





*Historica Origo Augusti Ordinis  
Militaris*

*Equitum Aurei Velleris.*

**N**omen Augusti hujus Ordinis repetendum est ex originario sui Fundatoris idioma Gallico, quo vocatur *l'Ordre de la Toison d'Or*, Italis *del Tosone*; Germanis vulgò *der Orden des guldenen Fluß*; quamvis sub Germanico hoc nomine videatur irrepsisse error, quia vocabulum *Fluß* nullam prorsus in Lingua Germanica cum vellere habet convenientiam aut relationem. Unde verisimile est, Germanos suo more latinum hoc nomen *Vellus* contraxisse in monosyllabum *Bluß*/ seu *das guldene Vellis*/ oder *der Orden des guldenen Belles*. Megiserus p. 1. vom dreyfachen Ritterstand c. 3. p. 3. nominat den Ritter = Orden des guldenen Schappers oder guldenen Lambleins von Burgund.

De anno instituti hujus Ordinis conveniunt omnes, quotquot illius Ordinem tribuunt Philippo Bono, ajuntque, eum juxta hodiernum calculum fuisse fundatum Anno 1430. decimo Januarii. Dissentit Waremundus ab Ehrenberg lib. 1. de foederibus c. 4. n. 14. statuens annum institutionis 1477. sed fallitur, cum



cum Philippus Bonus mortuus sit Anno 1467. & jam antea multi Equites aurei Velleris creati fuerint, ut passim constat ex Historiis. Illud tamen circa annum instituti hujus Ordinis observandum est, quod Annus 1430. intelligi debeat juxta modernum Romanum calculum, qui annum exorditur à Calendis Januarii. Nam juxta veterem Galliae & Flandriae calculum inchoabatur annus à festo Paschatis; quae consuetudo, quamvis non sine confusione, viguit in Galliâ usque ad tempora Caroli IX. ubi constitutum, ut novi anni initium non amplius à Paschate, sed à primo die Januarii numeraretur. Unde quando Philippus in Diplomate infra citando ait, Ordinem hunc institutum Anno 1429. intelligendus est de veteri calculo Flandriae & Galliae, qui juxta novum est Annus 1430.

Authorem Equestris hujus Ordinis Albinus in Chronico Misnensi Tit. 18. p. 464. statuit, Joannem Intrepidum, cognomine Nivernensem, Burgundionum Ducem, patrem Philippi Boni. Ait enim, Joannem à Baiazethe, Turcarum Imperatore, Anno 1595. in expeditione Bulgaricâ captum, & postea liberatum, in perpetuam suae captivitatis memoriam instituisse Equestrem hunc Ordinem, eiq;



à Jasonis aureo vellere nomen indidisse, quòd in Colchide fuerit detentus captivus, ubi Jason fingitur abstulisse Vellus aureum, & S. Andreas Apostolus Evangelium prædicavit. Sed fallitur Albinus; imprimis enim communi omnium opinioni obnititur, quæ, nemine dissentiente, Philippum Bonum, Burgundionum Ducem, statuit, Ordinis hujus Authorem. Ad hæc ipsemet Philippus Bonus in Diplomate inferiùs recensendo testatur, se instituisse & ordinasse certi numeri ordinem Equitum, ab aureo Jasonis Vellere appellatum. Quis autem dicat, Philippum filium surripuisse Joanni Intrepido, patri suo, hunc honorem, & se falso constituisse equestris istius Ordinis authorem? Deinde nec in vitâ Joannis, nec post ipsum Anno 1419. interfectum, ulla unquam sive hujus Ordinis, sive alicujus equitis creati fit mentio usque ad Annum 1430. ubi Philippus Bonus eum auspicatus est. Denique Joannes Intrepidus non in Colchide regione, sed Bursâ, olim Prusia, Bithyniæ capite (quæ totâ Ponti Euxini Asiæque minoris longitudine dissidet à Colchide) captivus fuit, quemadmodum refert Heuterus de Reb. Burgund: lib. 3. fol. 167. Eodem modo rejicitur opinio Arnoldi Mermanni in Theatro, qui putat, Institutum Chry-

somal-



somalli seu Velleris aurei jam olim in Sacra Thebæorum legione floruisse. Hæc enim non nudè asseri aut ex obscuris vestigiis divinari, sed solidis argumentis demonstrari oportet.

Indubitatus proinde Augusti hujus Ordinis Author & Institutor fuit Philippus III. populi favore cognominatus Bonus, Burgundionum Dux, filius unicus Joannis Intrepidi, ac Margarete Bavaræ; nepos Philippi Audacis, & pronepos Joannis Valesii, Galliarum Regis. Natus est Philippus Diveoni, primaria Ducatus Burgundici civitate, An. à Christo nato 1396. secundo Kal. Junii. Jure merittissimo cognominatus auctor magnitudinis Burgundicæ, imperiique Belgici conditor, quia Flandriæ, Artesiæ, & Hannoniæ, (quas provincias, à patre accepit hæreditarias) paulatim adjecit Brabantiam, Luceburgum, Hollandiam, Zelandiam, Frisiam, Namurcum, aliasque Germaniæ inferioris ditiones, in unum corpus felicissimè junctas. Præter varias virtutes, quæ Principem hunc exornabant, eique Boni titulum vivo mortuoque attribuebant, res suas ita tuebatur, ut opes sine subditorum injuriâ amplissimas sibi compararet, & iis splendidissimè ad retinendas hominum voluntates, legatos suscipiendos, peregrinos Prin-



Principes sublevandos, amicos colendos, ludos & convivia celebranda, magnâ cum laude uteretur; tuendâ majorum Religioni, & augendo stabiliendoque imperio maximè intentus,

Cùm ergò jam ab Anno 1396. in Republicam Christianam immani modo, & maximo Turcici Imperii incremento grassaretur Bajazethes, quartus à primo Othomanno Turcarum Rex, ita ut non solùm Imperatori Constantinopolitano majorem Thraciæ, Macedoniæ, Thessaliæ, Phocidis, Atticæque partem; Imperatori verò Sigismundo Lutzenburgio, Hungariæ ac Bohemiæ Regi, universam fermè Serviam, Illyriam (nunc Sciavoniam) Mœsiam, nunc Bulgariam, eripuerit, sed insuper armatis ducentis virorum millibus Urbem Constantinopolim arctâ obsidione & usque ad extremam rerum penuriam octavo iam anno presserit. Et licèt Christianorum suppetiæ An. 1400. Constantinopolim eâ obsidione liberârint; succrescentibus tamen identidem Turcarum viribus, & ex Christianorum mutuâ discordiâ roboratis, tandem An. 1453. Mahumetes, Turcarum Rex, eam expugnavit; omni crudelitatis genere in omne hominum genus sæviens; Imperatori Constantino, cæterisque Prin-



Principibus cervices amputavit; uxores, filias, nobilesq; matronas constupratas in frustra difsecuit, Sacra Christiana omnibus spurcitiis contaminavit, imagini Christi crucifixi illu- sit; Templum Sophiae, in honorem Dei Opt: Max: à Constantino Magno mirificis operi- bus extructum, impostori Mahumeti conse- cravit. Prout Nicolaus V. Pontifex Maximus, tristitia hæc nuntia Philippo Bono per legatos si- gnificavit, & auxiliares vires contra Christiani nominis hostes rogavit.

Inter hæc Philippus nihil magis molieba- tur, nisi ut rei Christianæ contra Barbaros suc- curreret, & ereptas provincias, ipsamq; etiam Terram sanctam Christiano orbi restitueret. Cum verò probè sciret Philippus, conjunctis ac foederatis Christianorum viribus facilè pes- fundatum iri Barbarorum immarritatem, non solùm creberrima consilia & gravissima itine- ra ad conciliandos Catholicos Principes insti- tuit, sed etiam in propriis provinciis auspica- tus est Equestrem Ordinem seu Societatem E- quitum è primâ Nobilitate, qui omnes essent jurati hostes Barbarorum, & sacrae fidei acer- rimi propugnatores. Postquam ergò diu mul- tumque de erigendo hoc ordine cogitaverat, eum tandem evulgavit ac instituit primo nu-  
ptia-



ptiarum die, quas cum tertiâ suâ conjuge, Isabella, Joannis Lusitaniæ Regis filiâ, Brugis Flandrorum tertio Idus Januarii, Anno 1430. juxta calculum Romanum, magnificentiâ prorsus regiâ celebravit.

Ordinis instituendi exemplo ei præluxere varii ac complures ævi sui Principes; Inter quos Proavus Philippi, Joannes Valesius, Francorum Rex, qui cœpit Ordinem Equitum de Stellâ cum aureis monetis, & hoc symbolo, *Monstrant Regibus astrâ viam.* Carolus Martellus Ordinem Ginetæ instituit. Eduardus III. Anglorum Rex sui Ordinis Equitibus Periscelidem dedit. Amatus I. Sabaudia Dux Annuntiatæ Virginis Matris Ordinem erexit.

Hos Philippus Bonus est subsequutus. & sui Ordinis Equites ab aureo Jasonis Vellere cognominari voluit; prout ex diplomate infra recensendo constat.

Ut autem Institutoris mentem propiùs assequamur, revolvenda est vetus ac trita illa de Jafone & aureo Vellere fabula. Phryxus, Thessaliæ Regis filius, cum novercæ insidias ferre non posset, fugam meditatus est; & consensu ariete, cui vellus erat aureum, Pontum trajecit, ac incolumis in Colchidem pervenit; ubi suum arietem Jovi immolavit, & aureas il-

lius



lius exuvias in templo suspendit, constituto à Diis per vigili Dracone, à quo custodiretur, ne à quoquam auferri posset. Sicuti ergò Vellus aureum tunc temporis commune erat heroicæ fortitudinis pignus ac experimentum, ita Jason, cujus ætas & indoles nihil humile aut ignavum capiebat, gloriæ adipiscendæ studio incensus, Argonavim fabricat & adjectis quinquaginta nobilissimis illius ævi juvenibus, per difficillima itinera tandem desideratum Colchorum portum, ubi fluvius Phasis in mare ponticum exoneratur, tenuit. Ibi, Medææ auxilio, ignivomos domuit tauros, pervigilem Draconem, Velleris custodem, superavit, armatos viros, è dentibus Draconis repentè instar exercitûs enascentes prostravit; superatisque omnibus periculis, Vellus aureum abripuit, tot votis exoptatum, tot laboribus quaesitum. Quod autem Suidas putet, Vellus illud aureum fuisse librum in Membranâ scriptum, in quo docebatur ars chymica efficiendi aurum; suo authori relinquimus & cum Jasonis fabulâ inter figmenta recensemus.

Etsi ergò Philippus Bonus hanc esse Poëtarum fabulam non ignoraret, accommodatissimam tamen censuit, quâ, veluti symbolico involucro, ipsius mens ac intentio repræsentaretur.





retur. Nam, ut ait S. Ambrosius lib. 3. de Offic. Fabula, *etsi vim veritatis non habet: rationem tamen habet, ut juxta eam possit veritas manifestari.* Et S. Augustinus lib. cont. Mendacium; *Hæc ficit à quidem narratione, sed veraci significatione dicuntur.* Quemadmodum equestres Ordines Alæ in Portugallia, Cardui apud Scotos, Columbæ apud Castellanos, Draconis apud Hungaros, Elephantis apud Danos, Lunæ crescentis apud Gallos, Scuti aurei apud Borbonios, aliique innumeri, sub his symbolis suos explicabant animos, ita Philippus sub aureo Jasonis Vellere omnibus palàm fecit, se cum Ordinis sui sodalibus accingi, ut superatis Ecclesiæ Catholicæ hostibus, ceu totidem ab infernali Dracone seminatis virorum monstris ac efferatis Turcicis tauris, aureum amplificandæ Divinæ gloriæ, propriique honoris Vellus reportet.

Joannes Germanus, Episcopus Cabillo-nensis in Ducatu Burgundiæ insigni panegyri coram Philippo Bono profecutus est augustum hunc Equitum Ordinem, ejusque Vellus aureum de Vellere Gedeonis ex Sacris Literis Jud. cap. 6. v. 37. explicavit; Deumque precatus est, ut sicuti Gedeon cum sociis sub prævio Velleris signo superavit Madianitas, ita Philip-

Ph  
Tu  
vic  
Pr  
hi  
in  
hu  
de  
S.  
pu  
tu  
Op  
illa  
vic  
sto  
va  
tes  
Or  
ten  
Ma  
dre  
ran  
tun  
stri  
uti  
Tu  
fa,



Philippus cum Equestri suo sodalitie vincat  
 Turcas, & Christianos Israëlitas ab eorum ser-  
 vitute liberet. Placuit Philippo sapientissimi  
 Præfulis votum, totamque illam de Gedeone  
 historiam acu phrygiâ ex auro & argento fecit  
 in taperibus illis antiquissimis exprimi, qui ad-  
 huc hodiè Bruxellis in Aulæ gazophylacio vi-  
 dentur, & in Ordinis hujus Anniversariis ac  
 S. Andreae Apostoli festo, in Sacello Princi-  
 pum Belgii exhibentur spectandi, ut testa-  
 tur Franc. Mennenius de Ord. Equest. fol. 135.  
 Optimè hæc Gedeonis Historia convenit cum  
 illâ Jasonis, imò prorsus eadem ac ipsissima  
 videtur, dum Poëtæ lectis sacris Literis, hi-  
 storias Biblicas in suas fabulas converterunt, &  
 variis figmentis immutârunt, ut pluribus locis  
 testantur sacri Interpretes.

Finis primarius instituendi hujus Equestris  
 Ordinis Philippo fuit, laus & gloria Omnipoten-  
 tentis Creatoris & Redemptoris nostri, honor  
 Matris ejus gloriosæ Virginis Mariæ, & S. An-  
 dreæ Apostoli; & exaltatio virtutum & bono-  
 rum morum. Secundarius verò incremen-  
 tum & honor Nobilis statûs & dignitatis Eque-  
 stris; ut per eum Sancta Mater nostra Ecclesia,  
 uti & tranquillitas Reipublicæ esset contra  
 Turcas, aliosque Christianitatis hostes defen-  
 sa, custodita, & conservata. Quemadmo-  
 dum



dùm his penè verbis ipsemet Philippus in Diplomate inferiùs referendo exprimit; & testatur epitaphium Philippi mortui sepulchro Gallicè inscriptum;

*Pour maintenir l'Eglise, qui est de Dieu maison,*

*J'ay mis le Noble Ordre, qu'on nomme la Toison.*

Latinè;

*Tuta à Nobilibus quò Ecclesia firmior esset,  
Nobilis inventus Velleris Ordo mihi.*

Et certè Philippus Bonus hanc suam de Turcis persequendis intentionem ita firmam, ratamque habuit, ut ingentem exercitum in eum finem conduxerit, quamvis postea Ludovicus XI. Galliarum Rex sanctam hanc Philippi mentem interverterit, eumque indicto bello coëgerit, arma adversus Gallum convertere. Specul. Hon. Aust. lib. 4. c. 7. num. 11. Ponti Heuteri verba in rem præsentem admetior, qui lib. 4. Rer. Burg. fol. 359. ait; Nullius potentiam nec fortunam magis Mahumetes, crudelissimus Turcarum Rex, formidabat, nec sub ullius Principis signis lubentiùs arma populus Christianus contra Turcam, quàm Philippi Boni sumpsisset; statueratque, coactis suis



fuis solùm è ditionibus sexaginta virorum mil-  
 libus contra Turcam proficisci, nisi Ludovicus  
 XI. Francorum Rex turbulentissimus, eique  
 contra omnem rationem inimicissimus, pium  
 decretum impedivisset. Haftenùs Heuterus,  
 qui fol. 334. etiam juramentum exprimit, quo  
 Philippus se ad arma capeſſenda contra Tur-  
 cam obstrinxit. Quòd autem nonnemo ad-  
 dat, Ordinem hunc ideò à Philippo sub Colchi-  
 dis Vellere aureo, tanquam Ordinis signo, in-  
 stitutum, ut patris sui, Joannis Intrepidi, gra-  
 vissimam captivitatem in Colchide toleratam  
 contra Turcas ulcisceretur; firmitatem ex eo  
 capite non habet, cùm Joannes, ut suprà di-  
 ctum, in Colchide captivus nunquam fuerit;  
 quamvis non negaverim, illam Joannis capti-  
 vitatem potuisse Philippo inter alia fuisse in-  
 citamento ad Ordinis institutionem. Petrus  
 à S. Juliano in Orig. Burgund. c. 28. arbitratur,  
 Philippum hoc Vellere voluisse innuere fœ-  
 cunditatem suarum provinciarum esse inſtar  
 Velleris verè aurei; prout etiam literæ in voce  
 Jason indicant fertilissimos anni menses, Ju-  
 lium, Augustum, Septembrem, Octobrem,  
 & Novembrem. Verùm etiam hæc ratio plus  
 subtilitatis quàm soliditatis habet, & repugnat  
 expresse Philippi Diplomati, ubi mentem su-  
 am clarè explicavit.



Augusti hujus Ordinis insigne ac symbolum est torques aureus, cum figurâ multiplicis ignitabili, scintillas è filice excutientis, dependente ex imâ torquis parte Vellere aureo, seu imagine Arietis Phrixæi aut Agni Gedeonici, & in pectus excurrente. Huic insigni solitus est subscribere Philippus. *Autre n'auray.* id est; *Nolo aliud.* Suam illam legem innuens, quâ sancivit, ut accensendus Equestri huic Ordini, prius se abdicet omnibus aliorum Principum, Sodalityatum vel civitatum Ordinibus ac societatibus. Providè nimirum & consentaneè ad illud Matth. cap. 6. v. 24. *Nemo potest duobus Dominis servire.*

Claudius Paradinus silicibus ac ferro in hac Torque inscripsit; *Antèferit, quàm flammam micet.* Velleri autem; *Pretium non vile laborum.* Significans, Ordinis hujus Equites pro defensione Religionis Divinitus inflammatos, instar fulminis ferire, & instar fulguris terrere, donec sibi ad Vellus aureum, seu potius ad beatam immortalitatem viam muniant.

Jussit Philippus, ne torques aurei Velleris ullo unquam die ab equitis collo deponeretur; quia tamen id incommodum videbatur Carolo V. Imperatori, certos anni dies determinavit, quibus illam gestare obligati essent;

cate-



cæteris solum vellus, ex rubro ligamine serico  
suspensum, portarent.

Equestres Conventus seu, ut vocant, Ca-  
pitula quotannis, ac postmodum singulis tri-  
enniis celebrabantur per tres continuos dies;  
primâ die singuli Equites laneâ coccineâ seu  
purpureâ togâ, similique rotundâ cappâ, uti  
voluit Philippus; infima togæ fimbria satis la-  
ta habebat ex auro intexta ignitabula ac filices,  
cum inscriptione, *Autre n' auray*. Alterâ die,  
quâ defunctorum sodalium anniversarius age-  
batur, incedebant ejusdem formæ habitu, co-  
loris tamen nigri, & sine fimbriâ. Tertiâ die  
in honorem S. Andreae vestiebantur serico al-  
bo. Postea tamen Carolus Audax, Philippi fi-  
lius, Anno 1477. Comitibus apud Valentianas in  
Hannoniâ celebratis, laneam primæ diei to-  
gam commutavit in purpuream holosericam;  
& loco prioris symboli, solitum illud suum  
fecit inscribi fimbriæ; *Je l'ay empris*. Secundæ  
diei togam laneam commutavit Philippus II.  
Hispaniarum Rex, in nigram holosericam.  
Postquam Capita seu Præsides Ordinis cœpe-  
runt non amplius in Belgio sed in Hispaniis re-  
sidere, etiam sublata sunt solemnia hæc comi-  
tia, quorum triginta tria, & postrema Anno  
1559. Gandavi celebrata sunt, ac proinde ve-  
stes





stes primæ diei portant solummodò, quando Eques ad ordinem suscipitur; tametsi Philippus IV. Hispaniarum Rex Anno 1631. statuerit, ut singulis annis quatuor Equites cum totidem ministris in festo S. Andreae Bruxellis eo habitu induti comparerent. In comitiis tractabantur tria; primò recensebantur nomina defunctorum. Secundò in vitam & mores Equitum inquirebatur. Tertiò per electionem & suffragia suscipiebantur novi Equites; quamvis hodiè etiam ea electio cessarit, & Equites ex concessione Gregorii XIII. & Clementis VIII. summorum Pontificum, à solo Præside pro arbitrio admittantur.

Postquam comitia solemnia desierunt, nomina & insignia Equitum inferuntur volumini, quod *Liber Regis* vocatur, pro statûs & senii conditione. In scutis gentilitiis conceduntur Equitibus duæ galeæ, non quidem directæ, sed mutuò sese respicientes. Quænam verò sit major dignitas, Equitis Aurei Velleris, an Comitis Imperii? Disputant Besoldus p. 4. Consil. 195. q. 9. n. 114. Limnæus in addit. ad lib. 6. cap. 2. n. 22.

Personæ ad hunc Ordinem recipiendæ, ex mente fundatoris debent esse non tantùm primæ, antiquæ, & intemeraræ nobilitatis, sed  
etiam



etiam immaculatæ vitæ. Unde Philippus Bonus Ludovicum Comitem Cabillonensem ex solo hoc capite exuit aureo Vellere, quòd post aliquam in bello cladem acceptam iusserit receptui cani, & fugam arripuerit.

Et quia torques aurei Velleris est præmii-  
um personalium meritorum, hinc non tran-  
sit ad hæredes, sed mortuo Equite remittenda  
est Ordinis Præsidi, quamvis in perpetuam  
honoris memoriam relinquatur in gentilitio  
scuto & nomine defuncti Equitis. Initio Col-  
legium huius Ordinis non nisi viginti quinque  
Equitibus constitit, ipso Philippo Duce cæte-  
ris annumerato. Idem tamen in Diplomate  
Insulis Flandrorum Anno 1431. cœtum Equi-  
tum ad trigessimum primum extendit. At Ca-  
rolus V. Cæsar Bruxellis conventum agens,  
sodalitium unius & quinquaginta Equitum  
constituit. Hodie verò hic Ordo legem nume-  
ri non habet, ut testatur Limnæus in Addit. ad  
lib. 6. cap. 2. n. 21.

Officiales huius Ordinis quatuor consti-  
tuit Philippus; videlicet Cancellarium, The-  
saurarium, Caduceatorem seu Heraldum, &  
Secretarium. Primus intererat consiliis; se-  
cundus libros, torques, vestes, & alia hujus-  
modi asservabat. Tertius in causis Ordi-



nis agebat legatum. Quartus expediebat literas.

Quot in hoc Ordine numerentur Imperatores, Reges, Duces, aliæque primæ nobilitatis personæ, fusè recensent Guicciardinus de Rebus Belgicis, & speculum Honoris Austriaci lib. 4. c. 7. n. 11.

Tandem Philippus Burgundus, Equestris hujus Ordinis illustrissimus Fundator, meritorum erga Rempublicam, & pietatis erga subditos plenus, ac verissimo cognomento Bonus, postquam Belgii provincias primus & solus sub suam potestatem redegit, diem supremum obiit Brugis in Flandriâ in palatio, ubi condidit Ordinem aurei Velleris, Anno 1467. decimo quinto Junii, ætatis suæ septuagesimo secundo; sepultus Diveone apud suos prædecessores; corde delato Hierosolymas cum largis eleemosynis. Princeps raris à Deo virtutibus ornatus, in quo moderationem sine avaritiâ, magnanimitatem sine contemptu, animum excelsum sine fastu nemo non admirabatur; potentissimus sui temporis.

Filium ex Isabellâ Lusitanâ reliquit Carolum Audacem, unicum Philippi hæredem, ac secundum Ordinis Equestris Præsidem, qui Anno 1477. propè Nancæum in prælio interfectus,



fectus, unicam reliquit filiam ac hæredem Mariam, Maximiliani, Archiducis Austriae, ac postea Romanorum Imperatoris, uxorem.

Mortuo ergò Carolo aurei Velleris Ordo carebat capite ac supremo defensore. Et quia Philippus Bonus in Diplomate sancivit, Præsidentem Ordinis continuâ serie futuros suos successores Burgundiae Duces; idcirco Ludovicus XI. Galliarum Rex, Burgundiae Ducatum ad se devolutum contendebat, eumque etiam à morte Caroli occupabat, ac proinde Aurei Velleris Præsidentem se asserebat. Maximilianus contra querebatur, Burgundiam sibi injuriâ ablatam, utpote quæ cum reliquis conditionibus, ob matrimonium cum Mariâ, defuncti Caroli unicâ filiâ & hærede, ad se pervenerat. Unde Maximilianus in Comitibus solemniter pronuntiatus est Ordinis Præsides ac Caput; quemadmodum hodiè adhuc Reges Hispaniarum, qui à Maximiliano originem & causam trahunt, sunt Ordinis hujus Præsides. Utrum tamen hoc præsidio gaudeant non solum tanquam Duces Burgundiae, sed etiam tanquam Archiduces Austriae, disceptant Authores. Afirmat Nordermannus in Dissert: de Jure Principat. Conclus. 86. lit. a. apud Nolden de Nobilit: c. 6. n. 36. Negat Limnæus lib. 6. cap. I. n. 23. Ut

t li-  
pe-  
obi-  
nus  
Au-  
que-  
me-  
erga  
ento  
us &  
n su-  
o, ubi  
467.  
fimo  
æde-  
n lar-  
rtuti-  
ava-  
ani-  
nira-  
t Ca-  
dem,  
n, qui  
inter-  
ectus,





Ut ergò augustissima Domus Austriaca hunc aurei Velleris Ordinem quàm diutissimè gubernet, unicè precamur. Et sicuti, teste Lazio in Comment: Gen: Aust: lib. 1. c. 8. quidam Astrologus, Astolgand nomine, Joanni Intrepido, Philippi Boni patri, in captivitate Turcicâ prædixit, unum ex ipsius posteris, qui ignem supra pectus gestaret, eversum Turcicum Imperium; ita faxint Superi, ut hoc vaticinium suo eventu potiatur in Leopoldo Magno, cujus augustissimum pectus non tam Aurei Velleris, quàm charitatis Divinæ flammis ardet.

Et quia toties meminimus Diplomatis à Philippo Bono in Ordinis exordio editi, uti & statutorum Equestris hujus sodalitiij, idcirco ea subjungimus; unâque monemus, complures articulos statutorum ob graves causas fuisse immutatos.

*Di-*



*Diploma Philippi Boni Burgundiae Ducis.*

**P**hilippus Dei gratiâ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Comes Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Namurci Palatinus, Marchio Sacri Imperii, Dominus Salinarum ac Mechliniæ &c. Notum facimus omnibus præsentibus & futuris, Nos singulari amoris affectu, quo erga Nobilium, fortiumque Equitum Ordinem ducimur, cujusq; dignitatis, existimationisq; incrementum supra, quàm dici potest, desideramus, quòd eorum operâ, ductu, ac consilio, sanctissimæ Matris nostræ Ecclesiæ Catholicæ statûs tranquillitas prosperitasq; ac populus Christianus defendi, juvari, ac protegi possit; Divini Numinis, Salvatorisq; nostri honorandi causâ, ad laudem verò honorandæ Virginis Martrisq; ejus, gloriamque Sanctissimi Apostoli ac Martyris beati Andreæ, quo & hac ratione Religionis Christianæ, Matrisque nostræ Ecclesiæ Catholicæ augeantur limites, ac in Equitum animis jus, fas virtutesque generosæ crescant, tertio Idus Jan. Anno à Redemptione humani generis 1429. à festo Paschatis numerando, ( qui dies nuptiarum mihi charissimæ-  
que

Di-



que uxori Elisabethæ Brugis fuit) instituisse,  
ordinasse, ac orfos fuisse, quemadmodum per  
præsens Diploma instituimus, ordinamus ac  
ordimur certi numeri Ordinem generosorum  
Equitum ac intimorum amicorum, quem ab  
aureo Argonautæ Jasonis Vellere appellari vo-  
luimus sub formâ, conditionibus, statutis,  
modis, & articulis, qui sequuntur &c.

Actum Urbe nostrâ Insulensi

quarto Kal. Decemb.

Anno 1431.



*Sta-*



*Statuta & Articuli Equitum  
Aurei Velleris.*

**P**rimò volumus, Ordinem Aurei Velleris constare triginta & uno Equitibus, è nominis, nobiliq̄ue insignium vetustate sine aliquâ controversiâ notis, quorum ego, dum vixero, Princeps, Caputque ero, ac post mortem meam successores mei Burgundiæ Duces.

2. Qui huic Ordini se initiatum cupit, antea quovis alio Ordine fraternoque Sodalitio se abdicabit, quod cum Principibus, Communitatibus, Societatibus vel Urbibus habebat, solo Imperatore, Regibus ac Ducibus exceptis, quibus aliorum Regum ac Equestrium Ordinum insignia gestare licet.

3. Soli Magistro ac Capiti hujus Ordinis facultas tribuendi insigne sive aureum Vellus, quod est aureus torques, in quo ostenduntur igniarij multiplicati per totum, & filices, Vellusque aureum, hoc est, figura Velleris arietini aurea, torqui appendens, & in pectus excurrens, competit. Hunc torquem non minus ipse Ordinis Magister, quàm quivis Equitum quotidie palàm portabit, contrarium facturus pro quolibet intermissionis die ad Eleemosynarium



narium quatuor solidos persoluet. In bellis aut aliis gravibus ac periculosis Occurrentiis cuivis Equiti solum aureum Vellus, figuram aurei agnelli, torque remoto ac custodito, præ se ferre liberum esto; casu quo autem torques vitium caperet, vel in eo quid frangeretur, Eques aurifabro reparandum tradet. In itinere verò, si fortè adversâ valetudine premeretur, vel iter sibi non satis tutum videretur, torquem domi relinquere potest. Nullatenus eum ponderosiores, neque pretiosiores pulchrioresvè, quàm de facto est, fieri curet; imò nullo prorsus pacto vendere, oppignorare vel mutare præsumat.

4. Cuilibet, in hunc Ordinem adlecto, ejusdem Magistro, ut & toti Equitum Collegio juramentum fidelitatis præstandum, ac eorundem commodum omnibus modis promovendum, damnumque avertendum. Ubi etiam Ordinem ignominiosè traduci, vel honorem ejus injuriis diminui perciperet, ut hoc statim primâ fronte cum displicentiâ ægrè ferat, se defendat, causam ejus indaget; & nisi Detractor vel Cavillator linguam maliloquam temperaret, injuriisque cessaret, injuriatus rem Equestri Collegio protinùs insinuet.

5. Eques aurei Velleris præstò & paratus esse



esse debet ad tuendum in casu necessitatis Magistrum, ejusque Mandatarium, vel vices tinentem. Si Magistro belligerandum foret, vel pro conservatione sui Territorii ac civitatis, vel pro Republicâ Christianâ; se socium copiarum sistet, aliâ autem re considerabili impeditus, quod Magistro prius intimandum est, alium loco sui & sub proprio gentilitio colore & stipendio mittet.

6. Præfectus autem nunquâm aliquod bellum gravioris eventûs moliatur absque scientiâ & consensu majoris partis de Equestri Ordine. Solo tamen casu excepto, si rem, quæ silentio & taciturnitate præmunienda, sine strepitu vel tam festinanter expedienda esset, ut cum multis communicari periculosum videretur, concerneret.

7. Eques, qui hujus Ordinis Vasallus est, alii Domino belli occasione minimè servire, aut absque præscitu & consensu Magistri peregrinari potest. Sin verò Eques ante sui receptionem in Ordinem aliorum Vasallus extiterit, non impeditur, quò minus iis tunc & in statu hoc equestri feudatarii servitia præstare queat. Porrò Eques, qui Magistro nec subditus, neque vinculo feudi obstrictus est, licentiam habet, pro lubitu, aliorum Dominorum

K

belli-



belligerantium castra sequendi, longeque dif-  
fitos locos adeundi; veruntamen ut hoc Ma-  
gistro prius scriptotenus notificet, de conve-  
nientiâ est.

8. Ubi Equites inter aliquid litis vel jur-  
gii, quod ex applicatione armorum aut ver-  
berum vitæ periculum portenderet, oriretur,  
Magister causam toti Ordini intimabit, & duo-  
bus ex gremio, vel eorum procuratoribus de-  
cidendam sopiendamque committet.

9. Si Eques injuriâ afficeretur, aliove quo-  
vis illicito modo torqueretur, integrum Col-  
legium hunc manutenere, & contra omnem  
malitiam & molestationem protegere debet.

10. Si Eques, qui non est subditus aut  
Vasallus Magistri, alterum injuriosè ac animo  
lædendi invaderet, læsus invasorem coram Ma-  
gistro & Ordine conveniet, qui omnem cu-  
ram adhibebunt, quatenus læso congruenter  
satisfaciat vel dignitati & præcepto refracta-  
riè resistens, ad satisfaciendum vi compella-  
tur. Similiter Ordinis Magister equites, quos  
sub imperio habet, eò adstringet, ut quam-  
cunque querelam aut litigium suæ totiusque  
Collegii decisioni ac sententiæ unicè relin-  
quant componendum.

11. Casu quo Magister contra Princi-  
pem



pem, cui Eques Ordinis esset subditus, vel contra Civitatem, oppidum, & territorium, quod Equitis patria est, bellum intenderet, Eques citra omnem violationem conscientiae, famae, ac honoris, patriae salutem ac tranquillitatem adversus Magistrum & Ordinem defendere potest ac debet. Ubi autem Princeps vel Principatus, cui Eques addictus, juratus, & natus, sub Magistro Ordinis arma movere conaretur, Eques in consideratione hujus laudatissimae confraternitatis, quam omni, quâ par est, reverentiâ & devotione semper & ubique colet, ejusmodi bellum contemptis omnibus præmiis, ab adversâ parte oblatis, declinabit. Secus si is suus Princeps in propriâ personâ iter ingredi, atque ad hoc secum conficiendum Equitem cogere vellet, Eques Magistrum & Ordinem prius de hoc certiores faciet, & impunè tunc proficiscetur.

12. Eques serviens alieno Domino, si fortè in bello caperetur, Dominus omnibus viribus ejus vitam curabit, atque ex captivitate liberare sataget. Et si ipsemet eum caperet, absque solutione ullius lytri, liberum dimittet; Econtrario si Dux hujus Equitis capturam incurrisset, & hoc casu Equiti liberationem denegâset (pro quâ antequam migraturus est,



Dux rogandus) haud ex castris discedet, vel in  
iis discessum petet.

13. Unusquisque, qui albo hujus Ordi-  
nis inscribitur, ad dies vitæ beneficio immuni-  
tatis, quâ Ordo pollet, gaudebit, nec etiam eâ  
unquam frustrabitur, nisi tantopere delique-  
rit, ut, pænâ dignus, ex hoc laudabili confor-  
tio sit ejiciendus. Quod tribus modis fieri po-  
test.

14. Primò quando publicus hæreticus,  
sectarius, & veræ fidei contemptor est, publi-  
cè etiam pœnam dabit.

15. Secundò, si prodicionis coram judicio  
accusatus fuerit.

16. Tertiò, si in prælio & publico con-  
flictu vexillum, nec non Ducem suum in ne-  
cessitate & periculo turpiter deseruerit, seque  
fugæ dederit; atque toties, quoties contra u-  
num ex hisce tribus articulis peccaret, a cœtuum  
per Magistrum vel primarios Ordinis ex gre-  
mio illius evellendus; priùs tamen citandus, &  
juri, styloque conformiter, intra præfixum  
terminum audiendus. Si conquereretur ali-  
quis Equitum, se à Magistro præter rationem  
gravatum, sibi que vim illatam esse, justitiam  
à Collegio implorabit, quam id nequaquam  
deneget. Durante interim lite, causâque non-  
dum



dum, prout decet, decisâ, suæ conditioni Equestri renuntiare, vel ab Ordine digredi nequit.

17. Ad evitandas inconvenientias, rixas, & tumultus, quilibet Eques, qui ante alium in Ordinem receptus, inter equitandum, eundem, in templis, consiliis, congressibus, conventibus, conviviiis, Electionibus, sermonibus, scripturis, aliisque omnibus negotiis, quæ Ordinem concernunt, & non ultrâ hunc, præcedet; & si uno tempore vel die plures admisi essent, senior ante alterum prærogativam indisputabiliter habebit. Separantur tamen ab hisce ob majestatem, quâ conspicui sunt, Imperator, Rêges, & Duces, inter quos pariter senior in Equestri Ordine potiozem locum occupat. Inter cæteros Equites non Nobilitas, non divitiæ, non magnæ ditiones; verùm personæ, quæ priores tempore admissæ sunt, attenduntur.

18. Quod observatum est in numero 24. Equitum, qui primitus in dignitatem Equestrem eveci sunt, atque deinceps observandum in 30. qui numerus in proximo Ordinis congressu præter Præsidem, eò usque augebitur.

19. Ordo Aurei Velleris constituet qua-





tuor Officiales, Cancellarium, Theſaurarium, Secretarium, & Fecialem ſeu Caduceatorem, quem aliàs *Toſon* vocant.

20. Dux Burgundiæ Philippus reſolvit, Digioni in Ducali Eccleſiâ ſuis ſumptibus extruere pretioſum ſacellum, & pro hoc fundare certos annuos redditus, ex quibus Equites miſerabiles, pauperes vel adverſâ fortunâ ad incitas redacti, educarentur ac ſuſtentarentur; inſuper etiam certas in eum finem habitationes & manſiones, quæ omnia interventu literarum confirmata.

21. In Choro huius ſacelli Cathedra pro Præſide Ordinis erigi, atque ei inſignia ſucceſſorum inferi debent. Quod pariter quoad Equites & eorum ſucceſſores in ſuis ſtallis faciendum.

22. Singulis annis in feſto S. Andreae inter Equites fiant comitia publica & ſolemnia.

23. Et ne cauſæ vel negotia alicujus momenti maneant indeciſa, præfectus & Equites in his compareant, aut ſi in propriâ perſonâ nequeant comparere, ſuo loco legitimos mandatarios mittant, quorum quilibet ſui Principalis locum occupabit, omniaque ejus negotia ac ſi ipſemet Principalis coràm eſſet, ritè & rectè tractabit, & caſu quo Principalis ſententiâ



tiâ caderet, hoc ei ad præstandum præstanda, per Postam significabit.

24. Die & termino præfixo, Equites in loco consueto conveniant, Magistrum è suo conclavi in templum & vespèras comitentur.

25. Vestes eorum & indumenta hæc sint, quivis gestabit pallam coccineam, ex utroque latere incisam, atque ad talos usque defluam, in quâ scissuræ & fimbria circumcirca eminentibus igniariis & silicibus, & in medio horum torque & agnello, auro distincta: integra verò Palla ex pellibus muris pontici suffulta esse debet, caput operiet vitta coccinea, per capillitium demittens extremitates, simili pelle supervolante; quatuor Officiales in Processione eos semper antecedent, Equites verò bini & bini Templum adibunt.

26. Altero die, ubi festum celebrandum, hoc Ordine ad Templum procedant, & singuli, vel eorum mandatarii aut legati, aureum numisima offerant.

27. Illo die, quo Exequiæ alicujus peragenda, vestibus puniceis induantur; manè sacrificio missæ cum cereis accensis in manu intersint, sua suffragia pro defuncto persolvant, & publicè à Secretario perlectis omnibus stirpibus & profapiis, psalmum de profundis cantent & recitent.

28. Se-





28. Sequenti die quilibet se pro libitu vestire poterit, quo facto, se ad audiendam missam de B. Virgine in templum conferat.

29. Quinto die post coccinis vestiti in Ecclesiâ & in stallis, quæ Canonici occupare solent, auditâ missâ in consilio sedebunt, causas audiant ac dijudicent, puniant, & emendent, Electiones instituant &c: Ubi etiam ipsorum Officiales purpurati incedant.

30. Perpetuum silentium imponendum super eo, quod in iudicium & decisionem venit, præterea nemo extra Ordinem Equestrem ad Consilium admittendus.

31. Ut Equitibus honor & gloria eò magis curæ sit, Cancellarius, quam primùm confessum fuerit, Orationem habeat, quæ ad virtutem incitet, & à vitiis dehortetur, sui que officii quemvis sedulò commonefaciat.

32. Tunc ex Magistro, & postea ex quolibet Equitum interrogandum, & hoc quidem vi sui iuramenti, an quidquam audierit, perceperit, notaverit, vel fortè resciverit, horum aliquem quid machinatum esse, quod Ordini ac Statui Equestri damnosum & nocivum, vel etiam alicui Membro Collegii injuriosum foret.

33. Redeinde manifestatâ, & delicto vel excessu



excessu comperto & probato (exceptis tamen illis tribus supra memoratis, ob quæ reus ignominiosè excludendus est) delinquens iterum coràm vocari, & Præfecto vel Cancellario seriò ad emendationem admoneri, pœnamque sibi ab Ordine vel ejusdem parte injunctam, submissè ac patienter ferre, vel dictatam multam solvere debet.

34. Atque ab infimo usque ad supremum stylus iste servandus, cum hâc tamen limitatione, & discretione, ne quis in propriâ causâ sententiam ferat; sed, quando votandum, judicio egrediatur, quatenus aliis facultas liberiùs loquendi concedatur.

35. Equitem, tibi aliquid præclari eum fecisse inoluit, Magister vel Cancellarius laude & præconiis prosequatur, & per hoc ei calcar ad ulteriora addat.

36. Si fortassè Eques accusaretur tanti delicti, ut idcirco pœnâ relegationis dignus haberetur, is à Magistro vel ejus Cancellario, aliove ex Collegio constituto, priùs citandus & audiendus, ipsique defensionis beneficium permittendum; quod si amplecti velit, liberè faciat, liberèq; illò utatur. Si verò accusaretur ante peremptorium, citandus erit sub sigillo Ordinis per Caduceatorem, vel alias idoneas



personas; si terminus nimis angustus esset, prolongatio impertienda usque ad proximam Congregationem, sin minus tunc paruerit, contumaciæ reus condemnetur.

37. Conviçto trium suprascriptorum criminum, usus aurei Velleris, ejusq; privilegiorum, interdicator, & mediante inhibitione sub Sigillo Ordinis emanatâ, Vellus illud ab eo auferatur & repetatur, prout cuivis, quando in Ordinem adoptatur, sub juramento imponitur.

38. Ad restitutionem aurei Velleris recusantem Magister, si ejus Vasallus aut subditus est, debitis mediis adiget. Secus, Magister cum Collegio consultet de modo id repetendi.

39. Mortuo aliquo Equite, ejus hæredes intra spacium trium mensium Vellus aureum cum torque Ordini restituent, ubi quæstor desuper acceptum passurus est.

40. In præliis, velitationibus, aut aliis præclaris occasionibus, vel etiam captivitate & carcere, si Eques hoc decus amitteret, Magister suis propriis sumptibus ipsi aliud procurabit. Si verò amissio esset ex ipsius incuriâ, ipse Eques ad procurationem & usum alterius intra quatuor menses tenetur.

41. Per mortem Equitis, vel alium casum  
sum



sum, eveniente vacaturâ, Ordo aliud idoneum ac defuncto simile subjectum in ejus locum singulorum suffragiis surroget. In electione autem solus Magister duo vota habebit, excepto ut sequitur.

42. Loci vacaturam Caduceator Magistro insinuet, Magister verò absentes Equites de eâ certiores faciat, & intra primum peremptorium ad electionem citet, vel, si tempus nimum breve, saltem ad secundum differat, quòd si Equites impediti, venire, & electioni in propriâ personâ interesse non possint, suos legatos, & per hos sua vota sub propriâ manu ac sigillo, transmittant.

43. In eventum, Equitem, cujus locus vacat, non esse mortuum, sed aliter mutatum, & ex albo Equestri deletum, Magistro curæ fit, ut electio alterius non procedat, priusquam hic discesserit aut dimissus sit.

44. Atque Equites tunc semper eligantur, quando Ordo suum peremptorium habet. Antequam Electio inchoetur, Secretarius in scriptis declarabit demortui præclara gesta & facinora.

45. Ante Electionem post Magistrum exigantur Equitum & Legatorum votantium nomina, demum à Cancellario interrogentur,

an



an contra personam, vitam, moresque illius, quem Equitem esse volunt, nihil notabile habeant.

46. Hisce peractis quilibet suo sedili discumbat, & Cancellario juret, se illum, qui magis dignus & aptus sibi videtur, nullo prorsus habito respectu personarum, status, instantiæ, muneris, favoris, recognitionis &c. electurum.

47. In Ordine primus tum demum Schedulam in scrutinium conjiciat, sub obligatione juramenti contestando, se votum & nomen pro eo, quem compertum & omni exceptione majorem haberet, reddere; & sic similiter unus post alterum; postremò etiam Magister.

48. Denique Cancellarius Schedulas, unam post alteram, & quæ ipsi primò in manum venit, è scrutinio depromit, aperit, & clarâ voce legit. Singulorum nominibus à Secretario in scripto notatis, ex singulis scrutatur, cuinam plurimùm faveant, & dignitatem Equestrem collatam velint; si plures eorum, quàm unus, paria vota haberent, Magistro tertium competet votum, & is Eques proclamatur, cui ipse votando assensit; si autem nulli horum suffragari vellet, primæ Schedulæ



læ omnes cassantur, atque Equites præsentés denuò scribent nomina, nam pro absentibus nulla conceditur mora, unde præsentium solummodò nomina in scrutinium reponantur.

49. Neo-Electus per Secretarium Protocollo inscribitur. Procul in exteris regionibus subsistenti, Caduceator, vel alia habilis persona mittitur, ut intimetur ipsi electio, eamque æquo animo suscipiat, præterea Ordinis regula ei mittitur, quatenus huic se, vitamq; suam imposterum conformare & accommodare queat; Porro à Magistro ei terminus, intra quem juramentum præstet, aureumque torquem accipiat, præfigitur. Veruntamen immediatè Ordini responsum dabit.

50. Si Neo-Eques in tantâ statûs dignitate esset positus, ut ob hanc in propriâ personâ se sistere nequiret, Magister cum prima legatione, ipsi electionem intimante, aureum Vellus transmittet, quod is statim in præsentia Legati collo appensum portabit, indicans & respondens, quàm gratum & acceptum ipsi hoc decus sit, & quod primâ occasione ad deponendum juramentum fidelitatis sese sistere velit.

51. Veniens Neo-Electus ad jurandum, tali modo coràm peroret: Serenissime Princeps,  
Domine



Domine Clementissime ; quamprimùm per Serenitatis Vestrae literas certior factus sum, qualiter ei non minùs , quàm omnibus hisce Dominis torquatis Equitibus , Fratribus nostris, placuerit me in socium tam celebris & excellentis Ordinis, qualis est Aurei Velleris, cooptare, mihi tantò felicior, quantò vobis dignior visus sum. Et quemadmodum vestram electionem submississimâ mente ac devotione, quâ par est , mihi suscipiendam amplectendamque duxi, lætitiâ valdè magnâ perfusus : ita cum impendio omniũ mearum virium adnitar, ut tantum ac tam spectabile beneficium perpetuâ gratitudine & indefesso obsequiorum zelo demereri valeam. Atque etiam hunc in finem me huc quantocius conferre & sistere volui, ad referendum tantas gratias, quantas quãtas possem ; meque ad omne id devovendum, quod Excellentissimo huic Ordini utile, proficuum, atque honestum esse & fore existimaverò. Ad quæ Magister sequentia vel similia reponit : Illustrissime Eques , Domine charissime ; Perceptâ egregiæ laudis vestrae famâ, Ego & fratres hi nostri Equites torquati spem concepimus, eum hanc suis benefactis & probatis operibus deinceps plus ultrâ amplificaturum, ita quidem, ut non solùm sibi, sed etiam toti

Ordini



Ordini in gloriam cedat, quapropter vestram personam nostro sodalicio adjungere dignum judicavimus.

§ 2. Reliquum est, ut nunc juramento fidelitatis ad ea, quæ à me de verbo ad verbum proferentur, se obliget, nimirum se usque ad extremum vitæ halitum, vel quamdiu Eques audierit, pro omni possibilitate hunc Ordinem veneraturum, ejusque, ut & in particulari singulorum Equitum amplitudinem & honorem, emolumentum quoque, & utilitatem procuraturum, damnum averfurum, illumque contra quosvis hostes & insidias defensurum, &c.

§ 3. Si eveniret, quod Deus avertat, ipsum ob aliquod admissum crimen, hanc dignitate destituendum esse, aureum torquem Magistro vel quæstori intra trium mensium spatium restituet, nec deinceps amplius similem portabit, multò minùs contra Ordinem idcirco odium aut inimicitias fovebit.

§ 4. Accusatus, & criminis convictus, citra odiù & vindictam erga Magistrum & totum Ordinem, castigationem & correctionem æquo ac patienti animo sustinere debebit.

§ 5. Cunctis juxta præscriptam Regulam  
ordi.





ordinatis diebus & terminis in quavis re vel  
 occurrentiâ, in quâ salus, utilitas & honor Ordinis  
 agitur, Magistro & ejus successoribus vel  
 horum vices tenentibus obedientiam & parata  
 officia præstabit.

§ 6. Pro viribus omnia præcepta & mandata,  
 ab Ordine Equestri sancita, secundum illum  
 vigorem, ac si super iis universim jurasset, dili-  
 genter exequetur.

§ 7. Quibus perceptis ac finitis, Neo-Eques  
 se hæc fideliter facturum & servaturum, manu  
 super S. Evangelium positâ, coram Crucifixo  
 juret.

§ 8. Deinde se coram Magistro in genua  
 prosternet, qui ei torquem appendat, ipsumq;  
 sic alloquatur, vel per alium alloqui faciat:  
 Aurei Velleris Ordo te in suum Collegium re-  
 cipit, & in signum hujus dignitatis condecorat,  
 & ornat tuos humeros & pectus hoc aureo tor-  
 que. Faxit Deus, ut eum in multos annos ad  
 sui, totiusque Reipublicæ Christianæ gloriam,  
 ad exaltationem Ecclesiæ Catholicæ, ad utilita-  
 tem & incrementum torquati Ordinis, ut &  
 propriam tui laudem & honorem portes; in  
 Nomine Patris, & Filii & Spiritûs Sancti. *Eques*  
*respondet*: Amen! & sedem capit; ubi Eques  
 in ordine primus & senior surgit, & eum ad  
 Magi-



Magistrum deducit, qui ipsum amplexatur in signum amoris, sicut etiam cæteri Equites juxta ordinem sedentes id faciunt.

59. Electus, si hanc dignitatem renueret, Magister eâ de re Ordinem certiore reddet, quatenus Equites subsequentiis peremptoriis alium eligant, juxta formam superius præscriptam.

60. Is, qui in Ordinem receptus, & Aureum Vellus consecutus est, Quæstori quadraginta ducatos in paratâ pecuniâ, vel tantundem in pretio pro Ecclesiæ cultu & ornatu solvet, vel ipsemet tantum ornatûs ad eum deducet.

61. Si vivis excederet quidam Eques, Ordo, quamprimùm de obitu certior factus, Quæstori pecunias transmittet, pro quinque missis cantandis, de iis quoque pecuniis pro Eleemosina elargiatur quinque solidos; Exequiæ autem Digioni in sacello celebrentur.

62. Caduceatori quotannis à Magistro centum Ducati, à quolibet autem Equite duo semper in congregatione pro salario solvantur.

63. Si moriatur Magister, ejusque successor, aut hæres ad hocce officiû minùs capax & vel ob minorennitatem, vel aliud relevans impedimentum minùs idoneus existeret, unanimibus suffragiis unus ex gremio eligendus est, qui

L

ejus




ejus interim vicarius sit , donec ad legitimam ætatem pertigerit ; Si verò hæres filia esset ex principatu, pariter, donec nubat, Vicarius constituendus erit ; Postea is Magister evadet, qui hanc filiam duxerit uxorem.

64. Habet hic Ordo proprium suum tribunal & processum ; quicquid in eo componitur aut judicatur , ejusdem valoris est , ac si coram supremo Aulæ tribunali peractum esset. Unde ab illo nemini licet ad aliud tribunal appellare ; prout etiam neque Magister Ordinis , neque ullus Equitum ad aliud tribunal citari aut trahi potest. &c.







# Parergon Primum,

De

## *Illustrissimâ Domo Lambergianâ.*

**A**Ntiquissima est familia Domûs Lambergianæ, ac fertilissimo flumini Nilo similis, quia utriusque origo ignoratur. Quo ipso Lambergicæ stirpis vetustas demonstratur, dum argumenta, quibus probet initia temporum, memoria invenire non novit. Quàm profunda sint illius Domûs fundamenta, ex eo conjicere licet, quò nullo voluminum subsidio, nullo laborantium calamo eruderari possint. Aliqui ejus originem derivant à nobilissimâ familiâ de Rittersperg, sed incertis ac dubiis fundamentis. Nobis proinde satis erit, illos ex hâc familiâ Viros gloriosos recensere, quos probatæ fidei Authores recensent, Wolfgangus Lazius, Henningius, Buccellinus, Ottocarus ab Horneck, Jacobus Spenerus, Megiserus, Elias Reusnerus, Valvasor, Speculum Honoris Austriaci, & Annales Domestici familiæ Lambergianæ, quos habuit & refert P. Martinus Gottseer S. J. ex quo pleraq; desumpsimus.

Genealogica arbor hujus Illustrissimæ Familiæ in quinque ramos seu lineas se dilatavit.

Prima cognominatur ab Ortenegg & Otten-





stein. Secunda à Stein & Guttenberg; Tertia à Saunstein. Quarta à Rottenbüchel. Quinta à Poppenberg. Inter quas duæ postremæ obierunt, & priores tres adhuc florent. Hæreditaria & suprema Stabuli Præfectura in Carnioliâ & Marchiâ Sclavoniæ ultra ducentos annos perstitit apud Dominos de Lamberg à Stein & Guttenberg; donec Ferdinandus III. & Leopoldus I. Imperatores, hæditario illo officio etiam Lineam ab Ortenegg & Ottenstein in personâ Joannis Maximiliani, Comitis à Lamberg, Aurei Velleris Equitis, & supremi Aulae Cæsareæ Præfecti, clementissimè condecorarint; ut ex Literis Cæsareis sub Dat. 27. Aprilis 1662. refert Valvasor in Topograph. Carnioliaë lib. 9. cap. 2. Insignia seu Scuta Gentilitia Domûs Lambergianæ sunt singulis lineis æqualia, nisi quòd Orteneggiana tempore Georgii Sigismundi Liberi Baronis à Lamberg, in centro sui scuti addiderit insignia Principum Scaligerorum, quorum postremam ac unicam hæredem, Joannam, Georgius Sigismundus duxit Uxorem.

Anno 1161. Volradus ac Waltherus de Lamberg citantur à Walthero Ratisbonensi in Diplomate fundatæ Ecclesiæ Collegiatæ Canoniorum Regularium ad S. Andream, pro-



pè flumen Drasamam in inferiore Austria. Volradus autem, hujus nominis Primus, seriem Lambergianam à nobilissimis progenitoribus duxit, fuitque Austriae Toparcha, quæ summa post summos Provinciae Principes erat dignitas. Magno suo honore ac gloriâ hostilibus insultibus Conradi Znoymensis cum filio suo Walthero fortiter restitit. *Lazius de Migrat. Gent. lib. 6.*

Anno 1214. Volradus secundus, Toparcha de Lamberg, Waltheri filius, cum Leopoldo Virtuoso, Duce Austriae, in Palaestinam navigavit; ubi cum generosi Capitanei contra Saracenos munus obiisset, Hierosolymitanus Eques creatus est. Tandem post expugnatam Ptolemaidem redux, in patriâ vitâ defunctus est. *Annales Domestici, & alia fide dignissima monumenta.*

Anno 1246. Volradus Tertius, Toparcha de Lamberg, Bellidux pro Friderico Bellicoso, Austriae Duce, dum Belæ quarti Hungariae Regis arma retundit, Victoriâ obtinet pro Principe, sibi verò gloriosam mortem, nobilissimum Herois trophæum, comparavit. *Elias Reusnerus fol. 206. Et Annales Domestici Lambergiani.*

Anno 1278. Fridericus, Toparcha de



Lamberg, tanto justitiæ Zelo, & conservandî honoris Lambergiani ardore ferebatur, ut publico edicto convocaverit omnes illos, quibus non tantum ipse, sed quilibet ex totâ familiâ Lambergianâ aliquid deberet, cum amplissimo promisso, se omnia illa debita lubenti & liberali animo persoluturum. Cùm autem intra præfixum terminum nemo compareret, Judæi authentico instrumento testati sunt, suorum neminem reperiri, qui aliquid præterdere possêt; uti integras literas producit *Valvasor lib. 15. cap. 2.* Ex quo conjicere licet, Illustrissimam Domum Lambergianam jam tunc temporis floruisse non solum amplissimis divitiis, sed etiam nobilissimis virtutibus, utpote fertilissimâ secutorum honorum ac dignitatum semente.

Anno 1305. Hermannus, Toparcha de Lamberg, ab Alberto I. Cæsare Austriaco constituitur Præfectus ipsius filii Rudolphi, paulò post electi & coronati Regis Bohemiæ. Erat Hermannus ad ardua Principum negotia natus, in aulâ non tam educatus, quàm ad primos honores provectus, ita ut à Rudolpho I. Imperatore Habsburgico primus Aulæ minister denominaretur, & in eâ dignitate ab Alberto I. Imperatore confirmaretur. *Horneck*



*neck in Chronic: Styria, quod asservatur in Biblioth: Casareâ. Et Annales Domestici.*

Anno 1322. Berengerus Toparcha de Lamberg<sup>o</sup>, Hermanni primogenitus, in primitiis Academiae Viennensis ob affluentes divitias, primamque potestatem, cum fratre suo Rudolpho nuncupatus Austriae Regulus, à Rudolpho Austriaco Bohemiae Rege ad Philippum quartum Galliarum Regem Lutetias Parisiorum, splendido cum apparatu ad Blancam, filiam, Rudolphi sponsam est missus. *Lazius & Henninges.*

Anno 1323. Guilielmus primus, Toparcha de Lamberg & Fòls, Martiali spiritu plurimum animatus, Friderici Pulchri Imperatoris Austriaci castra secutus, contra Ludovicum Bavarum fortibus quidem ausibus, sed infelici successu pugnavit. Rediens in Austriam, non tam naturali morbo, quam amantissimi Principis compassus infortunio, animi deliquo expiravit. *Lazius, Henning. Spenerus in vitâ Lud. fol. 23.*

Anno 1357. Rudolphus, Toparcha de Lamberg, Berengeri frater, postquam torneamento, in Styriae Metropoli celebrato, interfuit, Supremus Alberti Sapientis, Archiducis Austriae, Mareschallus Aulae est creatus;



Demum gravissimis in negotiis ad Serenissimam Rempublicam Venetam egit Legatum. In torneamento sibi hastâ comparavit laudem, subsecutorum honorum prodromam. *Laz. & vetusta Genealog. Comitum de Cillea.*

Anno 1397. Guilielmus Secundus, Toparcha de Lamberg, primus ex suâ familiâ in Confinia Regni Croatiae se contulit, hæreditario conjugis suæ jure pluribus dominiis in Carnioliâ, & illustrioribus Provinciæ honoribus ditatus, Arcis Waldenburg factus est Dominus. *Lazius, Henning. & Annales Domestici.*

Anno 1422. Christophorus, Dominus de Lamberg, in clypeo potius, quàm in cunis educatus, ineunte ætate pro Domo Austriacâ voluntarius primò, dein juratus miles, & Legionis Locumtenens, adeò fortiter dimicavit, ut Jaurinum Commendans gubernaret. Huic muneri tanto cum Zelo, & eâ fidelitate præfuit, ut ipse Sultanus Mechmet virtutem in hoste admiratus, Christophorum vocaverit fortem militem, fidumque Principis sui servum, elogio non minus raro, quàm pulcherrimo. *Annales Domest. Bucellinus in Geneal. Lamberg.*

1428. Dietmundus, Dominus de Lamberg, Guilielmi Secundi filius, antea optimis  
mo-



moribus instructus, prodiit fortunatè in publicum. Missus ad experiendas alias provincias, cum nihil secum retulisset, quod virtutes congenitas obfuscasset, constituitur Alberti Secundi Imperatoris primus Aulæ Minister. *Lazius, Henning. Bucellin. & Annales Domestici.*

Anno 1445. Franciscus Primus de Lamberg, Consiliarius & Camerarius Friderici III. Imperatoris, in comitatu sui Principis pro capiendâ coronâ Imperiali, Romanam venit. Ibi Romanus Eques creatus, rediit in Germaniam, summâque cum prudentiâ tumultus, quos Ladislaus Hungariæ Rex inter Status concitaverat, pacatè composuit. Deinde supremam Stabuli Cæsarei Præfecturam adeptus. *Annal. Domest. Reusnerus. & alii.*

Anno 1463. Casparus Primus, Dominus de Lamberg, cum summâ laude interfuit octoginta quinque torneamentis, ubi aliis palmam præripuit; Postquam in sago pro Friderico III. Cæsare contra Matthiam propriis sumptibus cataphractos eduxit, post heroica facta, per varia officia militaria probatus, supremus Carniolix stabuli Præfectus, Primus de suâ familiâ nominatus est, quo titulo etiamnum posterius gloriantur. *Valvasor lib. 15. cap. 8. Gostseer.*



Anno 1472. Joannes, Dominus de Lamberg, post absolutam Philosophiam, ad scrutanda sacrae fidei mysteria animum inter Theologos applicuit, desideriumque concepit, ut illa, quae speculatus erat, in praxin deduceret. Vnde inter Canonicos Frisingenses factus Decanus, Albertum Pium, Bavariae Ducem, suis rexit consiliis, quibus totam Bavariam ab haeresi indemnem conservavit. *Catalogus Canon. Frising. Buccellinus.*

Anno 1484. Sigismundus, Dominus de Lamberg, ob insignem doctrinam sub Fridrico III. Imperatore, Cancellarii munere functus, potestatem fundandi Episcopatum Labacensem in Carnioliâ accepit, ibique primus Episcopus ac Sacri Romani Imperii Princeps, viginti tribus annis felicissimè praefuit. *Catalogus Episcop. Labacens. Annales Domestici. Buccellinus.*

Anno 1486. Christophorus Secundus, Dominus de Lamberg, excelsi prudentisque animi vir, pluribus linguis promptissimus; Fridrico III. inter intimos Consiliarios, cum illo in Belgium progressus, inter Caesarem & Carolum, Ducem Burgundiae, pacem composuit. Interfuit coronationi Maximiliani I. Aquisgrani, ubi cum Fratruete suo Casparo  
Eques



Eques Romani Imperii à prædicto Friderico  
creatus est. *Herzog. in Chron. Alsat. fol. 139.*  
*Speculum Dom. Austr.*

Anno 1490. Casparus, Dominus de Lam-  
berg, sub Ernesto Duce Brunswicensi Capita-  
neus, è campo in patriã revocatus, Mareschal-  
lus provinciæ nominatus est. Hic ille est no-  
bilis inventor, qui in parte deauravit patrimo-  
nium Austriæ, utpote qui primus Hydriæ,  
non procul Goritiã, argenti vivi fodinas inve-  
nit, & Thesauros Austriæ fortunato hoc even-  
tu non solum auxit, sed & dum vicinus Adria  
in Forum Julium exundaret, ingenioso stra-  
tagemate egregiè defendit. *Comes de Werden-  
berg Cancellarius Ferd. I. in Manuscriptis.*

Anno 1515. Fridericus, Dominus de Lam-  
berg, Caspari filius, hæres unicus bonorum  
omnium, quæ tum familia illa in Carnioliã  
obtinebat, rexit illam Prætor provinciæ. Fuit  
incorruptus Judex; vixitq; in cæli batu, funda-  
vit aram Divi Andreæ in Cathedrali Labacensi,  
quam copiosis reditibus munificè ditavit. *An-  
nal. Domest. Monum. Cath. Eccles. Labac.*

Anno 1520. Joannes Secundus, Dominus  
de Lamberg, primus ex hâc nobilissimã Domo  
Liber Baro, cum ætate in magnas parentum  
spes adolescebat. Post peragratum orbem,  
Ca-



Camerae Aulicae consiliorum factus conscius, & postea Annae Imperatricis Ferdinandi I. Augustissimae Conjugis, toti Aulae praefectus est. *Lazius, Henning.*

Anno 1524. Josephus de Lamberg, Liber Baro de Ortenegg & Ottenstein, ab ineunte aetate Bellicis Officiis sub Maximiliano I. Caesare addictus, postea à Carolo V. Eques Imperii creatus, & Praetor Provinciae Carnioliae, ac demum supremus ipsius Capitaneus constitutus est, ubi complures seditiones composuit; Cùm Solimannus Turcarum Imperator captâ Budâ, & Rege Ludovico in palude suffocato, totam Hungariam obrueret, Josephus ad aulae Caesareae consilia bellica vocatus, & postea ad Sultanum à Carolo V. & iterum à Ferdinando I. in Turciam Legatus missus est. Ab eodem Ferdinando ad diversos Imperii Principes missus Legatus, supremus Aulae Caesareae Mareschallus, & supremus Aulae Praefectus apud Augustissimam Imperatricem factus est; Meritorum & fidelitatis erga Domum Austriacam plenissimus. Totam suam vitam ipsemet descripsit prolixis Rhythmis Germanicis, quos, uti & reliqua heroica ipsius facta fusè describit Valvasor lib. 9. 4. & Isthurantius lib. 11. Hist. fol. 115.

An-



Anno 1525. Jacobus, Dominus de Lamberg, generosis Antecessorum vestigiis insistens, pro Carolo V. Miles in Italiã eo tempore, quo Franciscus I. Galliarum Rex ad Ticinum captivas victori manus dedit. Inde in patriam Redux, fidelis Cæsaris sui Minister, postquam Carolo V. coronas resignanti valedixisset, à Ferdinando I. Imperatore supremus Carniolix Capitaneus constitutus est. *Catal. Capit. Carniol.*

Anno 1537. Leonardus, Dominus de Lamberg; vir magnanimus, dum pro Augustissimã Domo Austriacã in Hungariæ & Bosniæ confiniis contra Mechemet, Capitanei munus sustineret; sustinuit etiam, Duce exercitûs turpem fugam arripiente, feros assultus Turcarum, in quibus gloriosã morte, sparso pro Cæsare sanguine, obiit. *Megiserus in Chron. Carinth. fol. 1414.*

Anno 1539. Melchior, Dominus de Lamberg, ut capacissimi erat ingenii, ita in negotiis providus, à consiliis & naturæ gratiis, Ferdinando I. Cæsari, totique aulæ gratiofus, Viennam contra Solymannum Turcarum Imperatorem defendit Capitaneus. Inde Cæsaris Camerarius, Consiliarius bellicus, & Liber Baro declaratus; tandem constitutus supremus



mus Aulæ Præfectus. *Megiserus in Chron. Carinth. fol. 1369.*

Anno 1540. Ambrosius, Dominus de Lamberg, contemptis sæculi honoribus Ecclesiasticum statum amplexus, è Canonico Metropolitanae Salisburgensis, Capituli Decanus creatur. Magnus Theologus, insignis Historicus, Mecænas literarum, etiam Mathesi apprime addictus; Mortuus eodem die, quo paucis post ipsius mortem horis Eminentissimus Cardinalis & Archiepiscopus Salisburgensis, Matthæus Lang, defunctus est. *Lazius, Bucelinus.*

Anno 1546. Christophorus, Dominus de Lamberg, Canonicus Salisburgensis, postea Præpositus, & tandem Episcopus ac S. R. I. Princeps Seccoviensis, beneficus in pauperes, pastorale gestavit summo Ecclesiæ Zelo & vigilantia.

Anno 1547. Joannes, Liber Baro de Lamberg, vigilans, industrius, & bonus Oeconomus, senis parentis sui Josephi fidus in senectute baculus, quem per legationem distentum supplevit in Provincia negotiis. Eundem etiam in gubernandâ Provinciâ Carnioliaæ supremus Capitaneus secutus est. Sororem habuit, Matrem Ludovici Madrutii Cardinalis,

&



& Episcopi Tridentini, viri integerrimi. *Megiserus fol. 1447. Lazius.*

Anno 1550. Wolffgangus, Dominus de Lamberg, imprimis judiciorum provincialis Carnioliae Assessor, demum Deputatus; à Maximiliano II. Imperatore Locumtenens Colonelli, ad defendendam Gradiscam missus est: Invasit fortiter Venetorum castra, excussit stationes hostium, & plurimos interfecit; rediens in patriam, factus Carnioliae Vice-Dominus, exquisitæ virtutis & prudentiæ vir, ætate & meritis gravis. *Specul: Dom. Aust. & Catal. Carn.*

Anno 1552. Jacobus, Dominus de Lamberg in Stein, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarius, supremus Carnioliae Præfectus, & Dux exercitûs contra Turcas, qui eo tempore confines Carnioliae provincias non sine omnium terrore ac ingenti Christianorum clade infestabant; quos tamen Jacobus validissimè repressit, & victor in patriam rediit. Militare Jacobi Symbolum tunc erat; *Deus det felicem finem.* Sub iisdem Jacobi signis militabat Balthasar de Lamberg, cujus in eodem prælio Symbolum erat; *Veraciter & fideliter.* *Valvasor lib. 15. cap. 20.*

Anno 1560. Sigismundus, Dominus de Lam-

Lam-



Lamberg, Melchioris frater, insignium talentorum Dominus, in servivit Cæsari ad initium supremus Præfectus Venationum, tandem supremus Mareschallus Aulæ Cæsareæ, Ferdinando I. ab arcanis Consiliis, Fidelissimus semper Minister Augustissimæ Domûs Austriacæ. *Gottseer.*

Anno 1566. Josephus Liber Baro de Lamberg, Ferdinandi I. Camerarius & Consiliarius, gloriosi sui Parentis imago simillima, supremus Aulæ Cæsareæ Præfectus, ac supremus Carnioliaë Capitaneus constitutus est. *Lazius, Buccellinus.*

1570. Balthasar, Dominus de Lamberg, ut cresceret non tantum ætate, sed etiam sapientiâ, primos annos Christianâ vitæ pietate solidavit. Maturior, Philosophiæ ac Theologiæ navavit operam. Lubrico non fidens sæculo, ad Canonicatum Salisburgensem se recepit, ubi Metropolitanæ illius Ecclesiæ Præpositus factus est. Dumque Archiepiscopalis illi indubitatè appareretur honos, mortuus est, malens astris, quàm terris dominari. *Megiser. in Chron. Carinth. fol. 165 r. Buccell.*

Anno 1579. Maximilianus, Dominus de Lamberg, primùm Carnioliaë Deputatus, postea Excelsi Regiminis Consiliarius, demum

Vigi-



Vigiliarum Præfectus, ad confinia Croatiae à Turcis infestata, evocatus, ut animi sui generosi periculum faceret, cum trecentis peditibus ad pagum Schlun nongentos Turcarum aggressus, plerosque prostravit, reliquos fugavit, insigni prædâ ab hostibus reportatâ.  
*Megiserus in Chronico Carinthia.*

Anno 1581. Sebastianus, Dominus de Lamberg, in Rottenbüchel, cum Maximiliano, fratru ele suo, castra secutus, in eodem prælio Schlunensi specimina fortitudinis edidit, eâdem laureâ coronandus. Factus supremus Capitaneus præsidij Wihatch in Croatiâ, assiduus persecutor Turcarum. *Megiserus fol. 1626.*

Anno 1589. Sigismundus Fridericus, Liber Baro de Lamberg, in confiniis Croatiae generosus Capitaneus, sæpè cum Turcis congressus, sæpè gloriosam victoriam retulit, à tribus milibus Turcarum aliquando per stratagemâ circumventus, cum corpus plures horas à mille spiculis illæsum servasset, multa ipse intulit vulnera, tandem post multas victimas, ipse cecidit victima gloriæ & honoris. *Bucellinus in Geneal. Lamb.*

Anno 1589. Guilielmus, Liber Baro de Lamberg, Christiani exercitûs in Croatiâ Generalis, intellectâ Sigismundi Friderici, patru sui,

M

morte,



morte, cum duobus Equitum millibus Turcarum exercitum insecutus, & affecutus est; Eoque tam gloriose aggressus est, ut pluribus centuriis interfectis, in fugam conjecerit universos. Quos dum nimium ferventer infestat, postquam plurimum capita ipse demessuisset, plumbeâ trajectus glande cecidit. *Bucellin. in Geneal. Lamberg.*

Anno 1600. Sigismundus, Liber Baro à Lamberg in Ortteneegg, lustratis exteris provinciis in patriam Redux, donatus aureâ clave, Austriæ Superiori summâ cum dignitate præfuit Provinciæ Capitaneus. Inde adscitus in Aulam, huic supremus Mareschallus præponitur. Fuit Parens trium filiorum, quorum primus Episcopus & Princeps Gurcensis, alter Archiepiscopus & Princeps Pragensis, tertius trium Imperatorum supremus aulæ Præfectus erat. Fuit Avus Joannis Maximiliani, Equitis aurei Velleris & supremi aulæ Cæsareæ Præfecti &c. Fuit Proavus Celsissimi Principis Joannis Philippi, Episcopi Passaviensis &c. *Specul. Hon. Aust. & Collectan. Provinc. Aust.* Singulos ordine recenseo, & sub hujus sæculi annis comprehendo.

Jacobus, Liber Baro de Lamberg, ad Ecclesiastica munia natus, integer vitæ, scelerisque purus



purus, sacrorum Canonum peritissimus, Ecclesiastici Viri speculum dicebatur & erat. Factus Episcopus & Princeps Gurcensis, singulis diebus festivis ad populum dixit è pulpito, potens verbo & opere. Luxit lucerna ardens in Ecclesiâ Dei. *Catalog. Episc. Gurcens. Et Specul. Hon. Aust.*

Carolus, Liber Baro de Lamberg, nec forum, nec aulam amavit, fratrem Jacobum Episcopum Gurcensem, in obsequio Divino secutus, primò Canonicus Pasaviensis, postea creatus est Archiepiscopus Pragensis, ac simul Magnus Magister Ordinis Stellæ rubæ. Præfuit Ovili Christi Pastor vigilantissimus summâ prudentiâ & Religione.

Georgius Sigismundus, Liber Baro de Lamberg in Ortenegg; vir consultissimus, post acceptam auream clavem à Rudolpho II. Imperatore, imprimis Consiliarius Aulicus, postea trium Imperatorum, Rudolphi II. Matthiæ, & Ferdinandi II. ac Imperatricis Annæ, supremus Aulæ Præfectus. Tertiam duxit Uxorem, Joannam, prolem ultimam è celeberrimâ stirpe Scaligerorum Veronensium, qui Sacri Romani Imperii Principatu & Vicariatu clari, aliquot sæculorum decursu Longobardiæ dominabantur.

M 2

Anno





Anno 1608. natus est Joannes Maximilianus S. R. J. Comes de Lamberg, in Ortteneegg, Ottenstein, Stockarn, & Ambrang; Dominus in Steyr; Supremus hæreditarius stabuli Præfectus per Carnioliam & Marchionatum Sclavoniæ, Aurei Velleris Eques. Paterno enim Georgii Sigismundi, & materno Joannæ Scalligeranæ sanguine felix Joannes Maximilianus, eas induit nobilissimi animi prærogativas, quibus per reliquam ætatem ad summa virtutum honorumque fastigia conscendit. Absolutis studiis in Italiam, Galliam, & Hispaniam profectus, patrium eorum regnorum idioma præclarè addidicit, & licèt latinè, Germanicè, Italicè, Gallicè, & Hispanicè loqueretur, sibi tamen nunquam dissimilis, Germanum pectus, & Germanam sinceritatem in finem usque reservavit. E provinciis in patriam revocatus, Ferdinandi II. obsequiis se addixit, à quo clavi aureâ donatus, Ferdinando III. in eodem munere, tum maximè, cùm exercitui universo cum supremâ potestate Dux præfret, & Ratisbonam vindicaret Imperio, ac ad Nordlingam hostem gloriosè sterneret, fidelissimè semper inservivit. Redux cum Cæsare in Austriam, Consiliarius Imperialis aulicus declaratur, quo in munere per difficillima negotia,



gotia, commiffiones, & miffiones indefeffus  
 fuit. Interea cum Ferdinando III. in Regem  
 Romanorum vocato, rursus Ratisbonam a-  
 bit, ubi in numerum S. R. I. Comitum cum  
 totâ posteritate adlegitur. Mittitur deinde Ple-  
 nipotentiarius Legatus Monasterium, ut fu-  
 nestam illam belli facem, per triginta annos  
 Europam universam depopulantem, Cæsaris  
 loco cum reliquis Principibus extingueret. Fir-  
 matâ pace, Viennam redux, Augusto nostro,  
 tunc Archiduci Leopoldo, supremus Præ-  
 fectus adjungitur. Exinde ad Eleonoram,  
 Caroli Ducis Mantuani filiam, missus, cum  
 illâ in Germaniam rediit, & Augustissimo  
 Sponfo, Sponsam Augustam, primus Aulæ  
 Minister præsentavit. Vix advenerat, rur-  
 sus intimus Consiliarius & Legatus in Hispa-  
 nias abiit, ubi Philippo IV. probatus, Aurei  
 Velleris Eques, septem annis commoratus, in  
 Hispaniis pretiosam illam Margaritam, Hi-  
 spaniarum Infantem, sponsali inclusam annu-  
 lo, Augustissimo Leopoldo primùm repræ-  
 sentavit. Accitus deinde in supremum Ca-  
 merarium, ultrâ ascendere non potuit, nisi  
 quòd supremus Augustissimæ Aulæ Præfectus  
 fuerit constitutus. *Franciscus Calin & P. Gott-  
 seer.*



Franciscus Josephus, S. R. I. Comes à Lamberg, Joannis Maximiliani primogenitus filius, optimi parentis optimas virtutes & summas dignitates magnis passibus assequitur. Creatus Aurei Velleris Eques, Sacrae Cæsareæ Majestatis intimus Consiliarius, Camerarius, & Superioris Austriae supremus Capitaneus.

Georgius Sigismundus, S. R. I. Comes à Lamberg, Joannis Maximiliani secundogenitus filius, Sacrae Cæsareæ Majestatis Camerarius. Eques Melitensis, & Cæsareæ Legionis Locumtenens, cum in spes maximas surgeret, Egræ morbo extinctus est.

Casparus Fridericus, S. R. I. Comes à Lamberg, Joannis Maximiliani quartogenitus filius (nam tertio genitus Maximilianus incunis mortuus est) S. Cæs. Majestatis Camerarius, & Camerae Cæsareæ Consiliarius.

Joannes Philippus, S. R. I. Comes à Lamberg, Joannis Maximiliani filius, nativitate ultimus & dignitate primus, ut omnia progenitorum decora Aulica, Militaria, & Ecclesiastica in se unum, veluti synopsin, concluderet; ab Aulâ Cæsareâ accepit auream clavem; factus imprimis Consiliarius Aulico-Imperialis, & postea Intimus Cæsareæ Majestatis Consiliarius. Legatus à Cæsare missus ad diversas

verfas



verfas Aulas, Neoburgicam, Brandenburgicam, Saxoniam; Gloriam Cæsari, amorem, ac sui venerationem ubiq; adeptus; demum Ratisbonæ ad Imperij Comitata Principalis Legatus Austriacus. Militaria Joannis Philippi encomia dicit Marchia, ubi biennio in negotiis Cæsareis pro Cæsare stetit. Dicit Vienna Austriae, à Turcis obsessa, pro quâ liberandâ plurimum fatigatus, fortem illum, infractumq; Saxonum exercitum suâ facundiâ excitavit ultorem, eumq; ipsemet comitatus est. Ne defessent Ecclesiastica decora, Metropolitanae Salisburgensis, Cathedralis Passaviensis & Olomucensis Canonatum suscepit. Ut ergo utriusque Propatruis sui, Jacobi Episcopi Gurcensis, & Caroli Archiepiscopi Pragensis, in se repræsenteret principes dignitates, communi omnium voto & gaudio electus ac consecratus est Episcopus & S. R. I. Princeps Passaviensis. Vis nôsse, quo amore & studio in tanto fastigio feratur Celsissimus Princeps erga literas & Literatos? Consule splendidissimam Bibliothecam, ab ipso recens erectam & instructam; quamvis ad explicandam Principis hujus Clementiam & sapientiam nulla sufficiat Bibliotheca.

Anno 1653. Natus est Leopoldus Josephus

M 4

phus



phus, S. R. J. Comes à Lamberg, S. C. Majestatis  
 Camerarius, Consiliarius intimus, & hodiè  
 ad Imperii Comitiam Ratisbonensiam Principalis  
 Legatus Austriacus. Vir ad omnia sum-  
 ma natus, magnumq; Illustrissimæ  
 Domûs Lambergianæ orna-  
 mentum & incremen-  
 tum.



Pa-



Parergon Secundum  
*De Illustrissimâ Domo Scalige-  
 ranâ.*

**I**llustrimæ hujus familiæ originem ex Regi-  
 bus Mœsiæ longè ante Christi tempora de-  
 ducunt probatissimi Authores, quos Ste-  
 phanus Carduichus allegat in Añalibus Scalige-  
 rorum à se scriptis Anno 1075. & usq; ad hunc  
 annum propagatis. Hos prosequuntur An-  
 nales Ostrouviorum, qui Scaligerorum stir-  
 pem deducunt usq; ad Annum 1543. Poten-  
 tissimi semper erant Scaligeri Principes, qui  
 utriq; terræ Hunnorum, & Longobardiæ ali-  
 quot sæculorum decursu dominabantur. In  
 Italiâ sub ditione suâ tenuerunt Veronam, Brix-  
 am, Bergomum, Parmam & Patavium. Tan-  
 demq; Benedictus X. dictus XII. Pontifex  
 Maximus, Anno 1340. suâ autoritate confir-  
 mavit Scaligeranis possidendam Veronam, à  
 quâ etiam usq; ad familiæ occasum dicti sunt  
 Marchiones Veronæ. Unde Sylvius Cæsar  
 Scaliger in Epistolâ præfixâ Annalibus, testa-  
 tur, Scaligerorum familiam omnes Principes  
 Europæ attingere cognatione. *Gordonus,  
 Blondin. Sabellicus, Gottseer, Annales Scalig.*  
 Quia verò non solùm antiquissimi sunt hi Sca-  
 lige-

estatis  
 hodiè  
 ipalis  
 sum-  
 æ

a-



ligerorum Annales ; Sed etiam memoriâ dignissimi, & in paucis Bibliothecis reperiuntur, idcirco ambos, videlicet Carduichi & Ostroviorum, priore sæculo Coloniae impressos, subjungo. •



An-



*Annales Scaligerorum ex Cyrillo  
in Latinum Sermonem converſi.*

**E**go Stephanus Carduichus, frater Ordinis D. Augustini, ad postulationem clarissimi Principis Trebellii Scalani Ducis Likæ, hoc anno Christi 1075. quantum ex Scriptis Berosi de Mœsis & Nilo, atque Historiâ Augustini Pagani, Philippi Macedonii, Andreae Campani & Nicolai Ticini Fratrum Ordinis nostri, tum etiam Michaëlis Pelagii, Anthonii Curtii, Hugonis Puteoli & Benedicti Curilii, cæterisque Bibliothecæ nostræ fragmentis elicere potui, Scalanorum Gentem à Regibus Mœsiæ originem traxisse deprehendi: Id quod expressè inter cæteros Augustinus Paganus Lib. 6. cap. 10. scriptum reliquit: Mœsos autem à Tuiscone Filio Noach ex Arziâ uxore suâ post diluvium progenitos ideoque Teutones denominatos, terram à Rheno usque ad Tanaim habitasse, & successu temporis ob populi multitudinem divisos, easque terræ portiones, quas incolebant, nomina accepisse à Principibus populi, & à Sceyth, Scythiam: à Savormath, Sauromatiam: à Ponto, Pontum: à Mœso, Mœsiam: à Dardano, Dardaniam: à Tribalo, Tribaliam: à Pannone, Pannoniam:

An-



am : à Thraco, Thraciam : à Daco Daciam, &c. dictum esse. Porrò Mœsorum gens bellicosissima, cùm eò excrevisset, ut assignatâ illâ portione terræ, omnes recipi non possent, aggressi sunt Ostium Pelusiacum Nili, eoq̄ue expugnato ibi confederunt, & à Nilo, qui ab Incolis Gœon nuncupatur, Gœthæ sunt dicti. Qui rursus divisi, pars Africam Regionem totam occupârunt, ubi Gætarum nomen retinuerunt: pars mari Ægyptio navigârunt in Septentrionem, & totum in suam potestatem redegerunt, & Gothi diphthongo in simplicem vocalem commutatâ, more gentis appellati sunt: pars ostia reliqua Nili sive Gœonis Pelusiaci, videlicet Canopicum, Dolbiticum, Sebenniticum, Pharniticum, Mendeficum, Taniticumq̄ue addiderunt, ut Nilum Fluvium totum possiderent: unde, quia triquetra est Figura, quam efficit Nilus, Scalini sunt dicti. Hi gravissima bella gesserunt contra Cyrum Regem Persarum, quos neque Jul. Cæsar, neque C. Tiberius superare potuerunt: imò Domitianus duodecimus juxta Danubium ab eis victus, omnes ibi occupatas à Cæsaribus Civitates amisit. Horum seriem paucis perstringam. Chamult Scalanus, Tiberium in Campaniâ vicit. Teutus Filius Flavium Vespasianum



num cum toto Romanorum exercitu infugam  
 convertit. Gapt nepos ripam Danubii vasta-  
 vit, militesque Romanos ibi in praesidiis col-  
 locatos delevit. Halmal pronepos adversus  
 Trajanum, pro gentili suo Dacorum Rege for-  
 tissimè pugnavit: exercitum ipsius decies fu-  
 dit: quo in ipsis castris mortuo ex profluvio  
 ventris, Dacorum Rex tandem à Trajano de-  
 victus est. Halmal genuit Angis, patrem Ama-  
 lae, unde gens Amalorum descendit. Amala  
 genuit Hisarnam, patrem Ostrogothæ, unde  
 Reges Ostrogothorum, & Vestrogotham, un-  
 de Vestrogothorum dicti sunt. Ostrogotha  
 Anno Christi 250. trajecit Danubium & Mar-  
 tianopolim à Trajano ædificatum cepit, &  
 Mæsiam atque Thraciam à Romanis suis mayo-  
 ribus ereptas Provincias recuperavit, & ge-  
 nuit Unilt, qui sub Cæsare Philippo Bospho-  
 rum trajecit & cum trecentis millibus virorum  
 devastavit Bithiniam ejusque civitatem Ni-  
 comediam: item in minori Asiâ Trojam re-  
 stauratam & Ephesum & multas alias Civita-  
 tes, præsertim templum Dianæ ab Asiâ totâ  
 annis ducentis per Amazones ædificatum,  
 numeratumque inter septem mundi mira-  
 cula, quod spoliavit & in flammam rededit.  
 Unilt genuit Athal, qui Græciam, Achaiam,  
 Thra-

n,&c.  
 cofis-  
 porti-  
 gressi  
 e ex-  
 ab In-  
 dicti.  
 m to-  
 tinue-  
 in Se-  
 m re-  
 licem  
 pellati  
 is Pe-  
 n, Se-  
 n, Ta-  
 m to-  
 est Fi-  
 dicti.  
 Cyrum  
 r, ne-  
 ò Do-  
 ab eis  
 Civi-  
 rstrin-  
 Cam-  
 spasia-  
 num



Thraciam, & Macedoniam cepit: tandem verò à Claudio Secundo victus, trecenta millia hominum uno prælio amisit. Athal genuit Achulph, patrem Uvalduph, qui Aurelianum, Imp. devicit. Uvalduph genuit Uvaleranans patrem Vinitarii, qui Anno Christi 386. Hunnis fortissimè restitit, & Valentem Imp. Anno 382. vicit & igne consumpsit ac totam terram, quæ Scalde, Garumnâ & Sequanâ cingitur, ipsamque Hispaniam occupavit: à Scythis per contemptum Alan vocatus, quod canem eorum linguâ sonat. Quo factum est, ut Alan vocari voluerit, & a vitis imaginibus, videlicet triquetrae figuræ rubæ canes albos, qui eam primis pedibus utrinque tenerent, adjecerit: eidemque tria interstitia sive gradus, quibus tria illorum fluminum memoriam repræsentaret, inseruerit: sibi enim ea loca ob amoenitatem delegerat, originemque suæ potestatis statuerat, filios autem Alaricum Hispanis, & Theodemirum Ostrogothis prefecerat. Ille Pannoniam, Illiricum & Noricum Anno Christi 407. vastavit & Honorium Imp. ad firmandam pacem coëgit, à quo continuâ serie Reges Hispaniæ descendunt: Hic Anno 412. Italiam invasit & miserè ferro igneque vastavit. Theodemir genuit Theodericum Regem



gem Ostrogothorum in Hunnos acerrimum  
 Zenoni Imp. gratissimum & omnium rerum  
 Imp. socium, pro quo etiam adversus Odo-  
 acrem Herulorum Regem pugnavit, eumque  
 ad Sontium amnem superavit, Rexque Italiae  
 tandem inauguratus est. Hic Theodericus mul-  
 tas Urbes condidit & reparavit: videlicet Tri-  
 dentum, Veronam, Ravennam, Altinum, Rocham,  
 Gypsum, Turicellam, Scalognam & similia Italiae  
 loca. Deinde in Ostrogothiam, quae hodie Austria  
 dicitur, Scalam, Peylsteinium, Plevuen, Mach-  
 landiam, Chlam, Hardeck, Terraspurg: in  
 Norico vero Burchusium, Wasserburgum,  
 Rameskoven & alia multa. circa Annum Chri-  
 sti 450. Theodericus ex Andefleda, filia Clodo-  
 vei Regis Francorum, genuit Atalericum, qui  
 Attilae se objecit Anno 470. & Scythiam adver-  
 sus eum tutatus est. Atalericus genuit Theo-  
 datum, qui Misiam contra Velambrum, fratrem  
 Attilae acerrime defendit. Theodatus genuit  
 Theodesilium, qui pro Campaniam adversus  
 Vandalos pugnavit; Theodesilius genuit Agi-  
 lam, patrem Athanagildi, qui adversus Totilam  
 exercitum duxit, eumque interfecit, ac tandem  
 Alboyno, Regi Longobardorum bellum mo-  
 vit, quem & superavit Anno 537. Augustus  
 Imp. ei ultrò totum Romandiolae tractum ces-  
 sic.

m verò  
 lliā ho-  
 t Achi-  
 anum,  
 ranans  
 Hun-  
 Anno  
 erram,  
 ngitur,  
 his per  
 em eo-  
 t Alan  
 delictet  
 ui eam  
 ecerit:  
 quibus  
 repræ-  
 amoe-  
 otesta-  
 panis,  
 at. Ille  
 Anno  
 np. ad  
 â serie  
 412.  
 vasta-  
 n Re-  
 gem





sit. Athanagildus genuit Leonogildum Anno  
 543. Leonogildus ex Theodosiâ filia Severiani  
 Ducis Novæ Carthaginis genuit Recharedum  
 Anno 576. Recharedus ex filiâ Childeberti  
 Regis Francorum Rigundâ genuit Swintil-  
 lam & Quiricium. Hic Vormerios, gentem  
 barbaram debellavit, Carnosque subegit & ex  
 Theodorâ Belarii, Longobardorum Regis filiâ,  
 genuit Mundum & Antenorem. Hic genuit  
 Mauritium, Alaricum & Abelem ex Theono-  
 gildi Hispaniarum Regis filiâ Medusâ, ii fra-  
 tres Marcomannis & Vandalis se objecerunt  
 & quadraginta millia uno prælio prostrârunt.  
 Abel genuit ex Procopii Regis Dalmatiæ filiâ  
 Eringâ, Eringum & Theofridum Anno 640.  
 & 642. Eringus Regnum Hispaniæ hæreditate  
 consequutus est, & genuit ex Androverfæi Græ-  
 ci filiâ Filaonâ Cindamuindam, cum Regnum  
 Hispaniæ & suis posteris cessit, atque Giful-  
 phum sive Guelphum, cui ad Veronensem  
 Principatum & avitas provincias accessit Du-  
 catus Beneventi, Noricum, Carinthia & North-  
 goia. Anno Christi 670. Guelphus genuit Guel-  
 phum II. patrem Guelphi III. primi Comitis in  
 Altdorff Sueviæ, cujus filia Juditha uxor fuit  
 Imp. Ludovici, patris Caroli Calvi: & Olaum  
 ex Hecubâ Bambæ Regis filiâ. Olaus ex Zelii  
 Ducis



Ducis Poloniæ filiâ Agnerhâ Benedictum pro-  
 creavit, qui à Carolo Magno Archi-Marchio  
 Veronæ inauguratus est, adjecto toto illo tra-  
 ctu à Mediolano Paduam usque excurrente, &  
 Bulzano totâque Carniâ, atque valle Polyzenâ  
 & Ananiâ: quæ omnia in Archi-Marchionatum  
 Veronensem Carolus veluti in unum corpus  
 redegit. Benedictus ex Friderurâ, Caroli Ma-  
 gni filiâ genuit Erbonem. Hic ex Froillâ, filiâ  
 Alphonsi Regis Legionum genuit Albertum,  
 qui Taxilli Regis Noricorum soceri sui Deside-  
 rii res restituere volentis, exercitum contra Ca-  
 rolum Magnum fudit, & pro eodem Carolo  
 multis expeditionibus adversus Hunnos Dux  
 præfuit: genuit autem ex Orcâ, Raymiri Regis  
 Navarræ filiâ Erbonem II. Anno 829. qui Lu-  
 dovici Imp. filiorum factiones utpote Lotha-  
 rii, Pipini & Ludovici compescuit, & eundem  
 Imp. à dictis filiis in Monasterium Divi Medar-  
 di Sueffionibus crudelissimè mancipatum li-  
 beravit & restituit: occisus est tandem à Bison-  
 te in venatione Erbo, cum genuisset ex Monâ  
 filiâ Alphonsi II. Regis Legionum Anno 865.  
 Sighardum & Anno 866. Hartwicum, qui  
 adversus Berengarium Anno 895. ditiones Ve-  
 ronenses oppugnantem diu bellum gesserunt:  
 vicit tamen Berengarius: quare adversâ fortu-  
 nâ

N

nâ

Anno  
 veriani  
 redum  
 deberti  
 wintil-  
 gentem  
 t & ex  
 is filiâ,  
 genuit  
 neono-  
 ii fra-  
 cerunt  
 arunt.  
 iâ filiâ  
 o 640.  
 editate  
 ei Græ-  
 egnum  
 Giful-  
 nensem  
 lit Du-  
 North-  
 it Guel-  
 nitis in  
 or fuit  
 Olaum  
 ex Zeli  
 Ducis



nâ coacti fugere in Ostrogothiam sive Germaniam, loca ibidem à Theoderico erecta habitare ceperunt. Ideò Sighardus Comes Scalæ; Hartwicus verò Comes Burghusius dictus est. Hartwicus pro Ottonemagno, Duce Saxontum & Imp. contra Hunnos & Ludovicum Franciæ Regem atque Italos pugnavit feliciter. Berengarium enim cepit & Bambergam captivum abduxit, ipsique Ottoni tradidit: Veronam in festo Nativitatis Christi Anno 955. recuperavit, & Uxorem Frideruram Ludolphi Ducis Saxonum Filiam, Ottonis Imp. amitam habuit, ex quâ Sigehardum & Emericum genuit. Sigehardus ex Marthâ Philippi Principis Crojenfis filiâ, Sigehardum III. suscepit, Emericus ex Emeltide Ottonis Filiâ genuit Erbonem, Burgavium Ratisbonensem, & Bothonem: utrumque Scientiis & armis exercitatissimum. Botho pro Divo Stephano Hungariæ Rege, multa præclara facinora obiit, cujus tandem filiam Bilibaldam Anno 998. in Uxorem duxit, ex quâ natus est ei Trebellius, qui Regem Ladislaum ab insidiis Fratris Salomonis liberavit, Comanos in Pannoniam superatis Carpathiis montibus per Transylvaniam irruentes, ter repressit eorumque ferociam compescuit: Ruthenos ad deditionem coëgit: excurrentes Polo-



Polonos & Bohemos coërcuit, Cracoviam cepit : ad Savum Fluvium Hunnos fudit : Croatiam & Bosniam Regno Hungariæ adiecit : quem ideò Ladislaus Ducem Likæ pronuncia- vit, & demortuo Zelomiro Dalmatiæ Re- ge, Dalmatiæ, Croatiae, Bosniæ & Russiæ eum præfecit, atque Filiam Zelomeri ex sorore suâ nomine Magdam ei desponsavit Anno 1060. Unde Cazimirus Anno 1062. in festo Purifica- tionis Mariæ procreatus est, optimæ spei Prin- ceps. Hæc sunt, quæ ego prædictus frater Stephanus ex libris & fragmentis atque monu- mentis Bibliothecæ nostræ de familiâ Scalano- rum investigare potui Anno 1075. & finitum est à me hoc opusculum in Festo Divi Lau- rentii ejusdem Anni. Hactenus Anna- les Carduichi.

*N 2*

*Anna-*



*Annales Ostruviorum  
de Scaligeris.*

**A**Nno Christi 1090. Cazimirus Scalanus duxit uxorem Vapoldam Tyrii Principis Crojenfis filiam in festo Nicolai, anno 1092. in festo Martini natus est Cazimiro Anfaldus filius, Ao. 1093. in festo D. Thomæ natus est Cazimiro Otto filius, Anno 1095. Cazimirus Venetos, qui Dalmatiam occupare conabantur, ad Jadræ mœnia fudit in festo Mariæ Magdalenæ; eodem Anno in festo Nativitatis suscepit filium Christophorum ex Vapoldâ, uxore suâ; Anno 1127. mortuus est Cazimirus in festo Andreae & sepultus Likæ in Basilicâ ab eodem instauratâ; Anno 1128. pro Belâ Rege Christophorus contra Colomannum adulterinum aliquoties pugnavit, & tandem in festo Michaëlis eum cepit, Anno 1130. in festo Lucia duxit in uxorem Christophorus Elamiam Gayse consobrinam. Anno 1132. Christophoro natus est Nicolaus filius in festo Conversionis Pauli. anno 1147. cum Conrado Imp. Nicolaus suscepit expeditionem Hierosolymitanam in festo Matthæi Apostoli: eodem anno in festo Catharinæ, pater ejus Christophorus mortuus est & sepultus penes Cazimirus



mirum. anno 1158. Nicolaus Saladinum in  
 Syriâ vicit, Ducemque Poloniae ad tributum  
 coëgit. Anno 1159. Nicolaus pro Friderico  
 Barbarossa duxit exercitum in rebellos Italos.  
 An. 1160. in festo Johannis Baptistæ duxit Ni-  
 colaus uxore Ducis Sueviæ Philippi fratris Fri-  
 derici Imp. filiam Joannam. Ao. 1162. in festo  
 Triû Regum natus est Nicolao Albericus filius.  
 A. 1165. in festo Nicolai natus est Nicolao Her-  
 mannus filius. A. 1167. expeditionem suscepit  
 Nicolaus pro Friderico contra Mediolanenses.  
 Ao. 1181. in festo Andreae Albericus duxit Eg-  
 mundam, Boleslai Regis Poloniae filiam. An.  
 1182. Archimarchionatus Veronæ devolu-  
 tus est ad Albericum: quod Sigehardi III. po-  
 steritas in Ottone defecisset: Anno 1134. in fe-  
 sto Michaëlis mortuus est Nicolaus & sepultus  
 penes patrem. A. 1185. Hermannus, Alberici  
 frater à Friderico in Germaniâ eductus, factus  
 est per Judittam, Henrici Comitis Badensis  
 filiam hæredem Marchio Badensis & Hoch-  
 bergensis. A. 1186. Maji 8. natus est Alberico  
 Clemens filius. Ao. 1188. natus est Alberico fi-  
 lius Georgius Julii 3. A. 1189. natus est Albe-  
 rico filius Marinus Augusti 8. A. 1192. Ecceli-  
 nus invadit Veronam & quam potest nobilita-  
 tem trucidat: interea Clemens Hierosolymis





adversus Sarracenos pro Henrico Imp. pugnat  
 An. 1200. pulsō Eccelinō Comites S. Bonifacii  
 Veronam occupant. A. eodem rediit Clemens  
 & supplicium de Comitibus sumpsit, A. 1201.  
 in festo Andreae duxit Clemens in uxorem Bo-  
 nam Emerici Regis Hungariae filiam A. 1203.  
 Maji 8. natus est Clementi Mastinus filius, A.  
 1205. Januarii 8. natus est Clementi Albertus:  
 eodem anno duxit Georgius, frater Clementis  
 Theophilam Macrini Despotae Epyri filiam in  
 Uxorem Maji 8. A. 1207. Dec. 9. Georgio na-  
 tus est Andreas filius, anno 1209. Aprilis 6. na-  
 tus est Georgio Alexander filius. A. 1211. Fe-  
 bruarii 3. natus est Georgio Filius Adolphus.  
 A. 1220. Albertus duxit in Uxorem Albrandam  
 Joannis Eccelini filiam 8. Novemb. eodem  
 anno moritur Clemens Pater Decemb. 12. &  
 sepelitur Veronae in Basilicâ Mariae. A. 1222.  
 natus est Alberto Philippus 8. Sept. A. 1223.  
 natus est Alberto Bartholomæus 7. Octobr.  
 anno 1288. Fridericus II. Imp. hostili animo  
 in Italiam ingressus, Veronam, Machariam,  
 Gazam, Vincentiam, & alia quaedam oppida  
 expugnavit. A. 1239. Albertus Mastino fratri  
 triginta millia Equitum in subsidium contra  
 Fridericum Imp. mittit, quorum Dux Bartho-  
 lomæus à Patre junior filius, præfectus est, An-  
 nos



nos natus 16. A. 1241. quingenta millia Tartarorum in Hungaria regna irruerunt, & Belam Regem ad Littora usq; Ponti persecuti, in insulam ibi maritimam coegerunt, cum omnibus suorum regnorum proceribus, excepto Alberto Scalanò, qui cum filiis in expeditione Veronensi fuit. A. 1244. Albertus Veronam obsidet & Filios, ut Belæ Regi opem ferant, cum septuaginta millibus delectorum Equitum mittit, qui in vigiliâ Petri & Pauli noctu hostes aggrediuntur ex improvise & fundunt, ipsumque Regem cum proceribus restitunt. Eodem anno Augusti 5. Bela Philippum & Bartholomæum in suum commilitium regali potestate decoratum assumit, magnumque principatum ex utraque parte Huncis eorumque posteris liberè tradit, & tandem Zkrad. demortuo Andreâ Pegasio sine hærede, dominium amplum eis adjecit, jureque Successionis eos decoravit. A. 1250. Junii 4. Philippus duxit in uxorem Helenam Laurentii Serviaë Despotæ filiam. A. 1251. Febr. 6. natus est Philippo Vitus filius. A. 1252. Apr. 9. Bartholomæus duxit Salome Georgii Regis Siciliaë & Apuliaë filiam. A. 1253. Philippo natus est Filius Stephanus Martii 8. A. 1254. natus est Bartholomæo Alboynus Maji 8. A. 1156. Martii 2.

N 4

natus

ugnac  
nificii  
emens  
1201.  
em Bo-  
1203.  
ius, A.  
bertus:  
mentis  
liam in  
gio na-  
s. 6. na-  
r. Fe-  
olphus.  
andam  
eodem  
12. &  
1222.  
1223.  
Octobr.  
animo  
ariam,  
oppida  
o fratri  
contra  
artho-  
st, An-  
nos





natus est Bartholomæo Canis. A. 1263. in fe-  
 sto Michaëlis Philippo & Bartholomæo Privi-  
 legium Belæ datur. Eodem anno Veronæ Ma-  
 stinus, Alberti frater à Comitibus S. Bonifacii  
 interficitur & sequenti mense Novemb. 26.  
 Albertus Veronam filio Bartholomæo regen-  
 dam tradit, Philippo majori natu Hungariæ  
 Provincias reliquens. A. 1265. Bartholomæus  
 obtinuit Parmam à Rubæis & Regium à Lepi-  
 dis. A. 1276. Aprilis 12. Canis duxit Uxorem  
 Dionisiam, Principis Dyrachij Stephani filiam.  
 A. 1278. Philippus in foro Julio Hunium e-  
 rexit Civitatem A. 1280. Sept. 14. Vitus duxit  
 uxorem Ursulam Nicolai Corvini Romani  
 vulgò Vbranchich filiam. a. 1282. Stephanus, fra-  
 ter Viti duxit uxorem Stephani Regis Bosnen-  
 sis filiam Mariam Apr. 2. & per eam Rex Bo-  
 sniæ factus est. Eodem A. Vito natus est Hugo  
 Aprilis 8. Eodem Anno Julii 8. moritur Philip-  
 pus & sepelitur Likæ penes suos majores. Anno  
 1284. natus est Stephano I. Stephanus II,  
 Martii 6. Anno 1286. April 5. natus est Step-  
 hano I. Ludovicus. Anno 1290. Jan. 3. Alboynus  
 duxit Uxorem Catharinam Filiam Matthiæ  
 Vicecomitis, quæ eodem Anno Junij 7. mor-  
 tua est. Anno 1293. Julij 8. duxit Alboynus  
 Filiam Andreæ Castrioti Sybillam. Eodem an-



no Sept. 8. mortuus est Albertus Alboyni Avus  
 & sepultus penes Fratrem Veronæ in Basilicâ  
 Mariæ. Anno 1294. Junii 6. natus est Alboyno  
 filius Albertus. AO. 1296. Febr. 5. natus est Al-  
 boyno filius Mastinus. A. 1299. Vitus pro La-  
 dislao Hungariæ Rege & Rudolpho Cæsare  
 adversus Othocarum Regem Bohemiæ exer-  
 citum duxit. Anno 1300. Junii 8. Hugo, filius  
 Viti duxit Uxorem Dorcam Harrianitis Com-  
 minatis filiam: eodem anno mortuus est Bar-  
 tholomæus 7. Maji & sepultus in Basilicâ Ma-  
 riæ. Anno 1301. moritur Alboynus Januarii 6.  
 & penes suos majores sepelitur, cui Canis suc-  
 cessit. Anno 1302. Jan. 1. natus est Hugoni fi-  
 lius Buthus. Anno 1304. Maji 8. natus est Hu-  
 goni Plavafius: eodem anno 8. Junii moritur  
 Vitus & sepelitur Likæ penes Patrem, Anno  
 1310. Julii 8. Cani & Alberto atque Mastino  
 Fratribus, nepotibus, eorumque hæredibus  
 confirmavit Henricus Cæsar Picenum, & Ro-  
 mandiolam totam cum Cremonâ, Paduâ, Re-  
 gio, Feltro, Vincentia, Parma, Beluno, Ce-  
 nedo, Travisio, Brixia, Bergamo, Luca, Mon-  
 filico & Montagnanâ, ac in signum hujus con-  
 firmationis adjecit imaginibus Scaligeris Aquilam  
 nigram in Campo Aureo, quæ pro Gra-  
 duum consanguinitatis differentiâ variè usur-

N 5

patur





patur, anno eodem 6. Aug. Stephanus II. duxit Uxorem Elisabetham Casimiri Ducis Gnescoviensis Poloni Filiam. anno 1312. Junii 6. natus est Stephano II. Ladislaus filius. anno 1314. Febr. 2. nata est Stephano II. Filia Maria. anno 1320. mortuus est Stephanus I. Maji 3. & Layczæ sepultus, anno 1321. Maji 8. moritur Canis post multa eximiè gesta Princeps Armipotens, divinâque prudentiâ, magnanimitate, Justitiâ, Sanctitateque præditus, doctorum Hominum amantissimus & singulare Asylum, & sepelitur Veronæ in Basilicâ Mariæ: cui primo omnium supra ejusdem Basilicæ portam pyramis erecta est. Huic Albertus, filius Alboyni successit. anno 1322. moritur Albertus, filius Alboyni Julii 26. & sepelitur Veronæ ad Basilicam Mariæ. Hui succedit frater Mastinus II. anno 1323. April. 3. duxit Mastinus Annam Philippi Rubei Principis Filiam. anno 1324. Febr. 10. natus est Mastino filius Mastinus III. anno 1325. Martii 12. natus est Mastino II. Joannes an. 1329, Aug 6. duxit Buthus Uxorem Sophiam Michaëlis Palæologi filiam. anno 1331. Junii 8. natus est Buthoni filius Gabriel. an. 1333. April 2. Hugo Caroloberto Hungariæ Rege contra Valachos & Moldavos gravissimum bellum gessit eosque vicit, eorum-



eorumque Princeps est pronuntiatus: eodem anno Julii 6. moritur Hugo in oppido Lazzen Valachorum, ibique sepelitur: Cui in Vallachiâ & Moldaviâ successit Plavafius filius. an. 1335. Decemb. 2. duxit Plavafius Sabinam Jacobi Zepufvensis Comitis filiam. anno 1337. April. 20. natus est Plavasio filius Dracula. Eodem an. mortuus est Mastinus II. April. 26. cui Mastinus III. filius successit. anno 1344. Sept. 6. duxit Uxorem Mastinus III. Thadæam Jacobi Carrarii Principis filiam, cui Padua dos fuit. an. 1345. Octob. 9. natus est Mastino III. filius Bartholomæus Canis. an. 1346. natus est Mastino III. Filius Paulus Alboynus Decemb. 8. an. eodem frater Mastini III. Joannes duxit Uxorem Mariam Petri Phrigebani Comitis filiam Decemb. 16. an. 1347. natus est Mastino III. filius Canis Franciscus Signorius Decemb. 25. an. 1348. nata est Mastino III. filia Beatrix Regina ult. Decemb. an. 1349. Maji 8. nati sunt Joanni Mastino III. fratri gemelli Andreas & Petrus. Eodem an. Decemb. 20. nata est Mastino III. Attaluna filia. an. 1350. Julii 26. moritur Mastinus III. post multa præclara facinora, cum ad Parmam Joannem Regem Bohemorum vicisset, Venetos aliquoties fudisset, Luchinum Mediolanensem coërcuisset, & mul-



ta alia prosperè gessisset, cui pyramis penes  
 Canem grandem est erecta. Eodem an. Nov.  
 29. nata est Mastino filia Viridis posthuma. Eo-  
 dem A. nascuntur Joanni rursus gemelli Na-  
 zarius & Simon, 8. Aug. an. 1352. natus est  
 Joanni filius Joannes Martii 8. an. 1355. natus  
 est Joanni filius Americus Januarii 2. an. 1356.  
 Sept. 8. Stephani II. filia Elizabetha Ludovico  
 Regi Hungariæ & Poloniæ est elocata. an. 1357.  
 Elizabetha peperit Regi Ludovico Mariam  
 Octob. 9. an. 1359. Elizabetha peperit Regi  
 Ludovico Hedwigim, Nov. 7. an. 1360. Maji  
 12. Maria Stephani II. filia nupsit Udalricho  
 Comiti in Helffenstein. an. 1362. Junii 15. Bea-  
 trix Mastini filia nupsit Barnabæ Mediolani  
 Principi. an. 1363. Bartholomæus Canis Ma-  
 stini III. filius duxit Uxorem Marsiliam filiam  
 Jacobi Passerini Principis, Jan. 1. ann. 1264.  
 Maji 8. natus est Bartholomæo Cani Rog. Ra-  
 bido Guilielmus filius. Eodem anno & die du-  
 xit uxorem Canis Franciscus, frater Bartholo-  
 mæi Elizabetham Ludovici Bavari Imp. filiam.  
 an. 1365. Junii 8. natus est Cani Francisco Si-  
 gnorio filius Bartholomæus Canis. anno 1366.  
 Jun. 8. natus est Cani Francisco Signorio filius  
 Anthonius. Eodem an. Decemb. 14. occidit  
 Canis Franciscus fratrem suum majorem natu  
 Ca-



Canem Bartholomæum Cog. Rabidum penes  
 S. Euphemiam Veronæ, cuius Filius Guiliel-  
 mus ad Venetos est delatus & ibi Venetâ nobi-  
 litate donatus. an. 1367. Aug. 9. natus est Cani  
 Francisco filius Brunorus. an. 1274. Jan 12. Ste-  
 phanus II. mor. & Rayczæ sepelitur. an. 1375.  
 Canis Franciscus moritur Dec. 17. cui erecta  
 est tertio pyramis penes Canem & Mastinum.  
 an. 1377. Jan. 8. Attaluna filia Mastini III. Lu-  
 dovico Marchioni Brandenburgensi nupsit.  
 an. 1378. Febr. 6. Viridis filia Mastini Tertii  
 Nicolao Estensi Ferrariæ Domino elocata est.  
 an. 1380. Julii 10. duxit Uxorem Gabriel, Bu-  
 thonis filius, Joannam filiam Joannis Lascari.  
 Eodem anno Ladislaus, Stephani II. filius Sept.  
 8. duxit uxorem Adelheidem filiam Adolphi  
 Comitis à Nassau. anno 1382. Maji 12. Ladis-  
 lao natus est filius Stephanus Tertius. Eodem  
 anno Sept. 1. Gabrieli natus est filius Joannes.  
 Eodem anno mortuus est Buthus Oct. 3. & se-  
 pultus Likæ; ann. 1384. Guilielmus, Canis Ra-  
 bidi filius duxit uxorem Mariam Amadæi Co-  
 mitis Saubaudi filiam. anno 1385. natus est  
 Guilielmo filius Antonius. an. 1387. natus est  
 Guilielmo filius Brunorus. ann. 1392. Bar-  
 tholomæus Canis Signorii filius duxit uxo-  
 rem Bonam, filiam Joannis Ducis Sterlini  
 Mart. 5. quæ eodem ann. obiit. Sept. 7. anno



1394. duxit Bartholomæus, Signorii filius Balancam filiam Galeatii Ducis Mediolanensis. anno 1395. Jan. 6. natus est Bartholomæo filius Sigismundus Wilhelmus. anno 1396. Julii 8. duxit uxorem Anthonius, Signorii filius Margaretham Petri Comitis à Morten filiam. Eodem anno Anthonius occidi fecit Bartholomæum fratrem suum majorem natu 8. Decemb. & 25. ejusdem Mensis Brunorus fratris manus evasit atque in Germaniam ad matrem confugit. Eodem anno 27. Dec. Sigismundus Wilhelmus ad Galeatium Ducem Mediolani avum maternum delatus est. ann. 1398. in Festo S. Lucae Galeatius Dux ejecit Veronâ Anthonium. ann. 1400. in Hetruriâ Anthonius moritur, Silio unico filio relicto, in primâ pueritiâ existente. ann. 1410. Apr. 5. Joannis Gabrielis filio Sigismundus Rex Pannonum, ob multas res ab eo pro Rege Ludovico Socero ipsius ac etiam pro se contra Amurathem præclarè gestas, Agrum Holos ad pedem Transylvaniae dono dedit. Eodem ann. ibi Castrum in edito monte ab Hun Principatu, cui nomen Huniad indidit, erigere cœpit. Eodem anno Gabriel Pater Joannis Julii 6. moritur & Likæ sepelitur. ann. 1416. Martii 20. moritur præter omnem spem Galeatius, magno



magno cum detrimento nepotis Sigismundi  
 Wilhelmi, cui indies meditabatur restituere  
 Veronam, dummodò ad justam ætatem per-  
 venisset. At Veneti cum Carrario mox Vero-  
 nam pro Guilielmo Rabidi filio occupant, A-  
 pril. 7. & ejusdem Mensis 21. dolo Francisci  
 Carrarii hausit Guielmus Rabidi filius vene-  
 num & mortuus est, duoque ejus filii Antho-  
 nius & Brunorus proditione capti & necati  
 sunt, eaque occasione Veronenses & Carrarii  
 Ditiones Veneti Novemb. 17. occupârunt.  
 Eodem anno Sigismundus Wilh. 7. Dec. ad  
 Sigismundum Regem Pannoniæ se recepit, o-  
 pem imploraturus: in ipso autem itinere an-  
 tea ad Patriarcham Aquilegiensem divertit.  
 anno 1417. Sigismundo Wilh. fratris Patriar-  
 chæ, Friderici Ducis Teckii filia Angilesia Jan.  
 8. desponsatur & 26. ejusdem mensis uterque  
 ad Regem iter arripiunt. anno 1418. Febr. 1.  
 Sigismundus Rex Pipum Ducem cum Exerci-  
 tu in Italiam mittit, qui ibi multa præclara fa-  
 cinora edidit: tandem aurò corruptus nihil ad  
 finem perduxit. Eodem anno natus est Sigis-  
 mundo Wilh. filius Nicolaus Junii 8. Albæ.  
 an. 1419. Apr. 8. Pipus Dux aurò liquefactò  
 Regis jussu necatur. anno 1420. Sigismundus  
 Rex rursus cum quadraginta millibus homi-  
 num





num Italiam repetit, & post aliquot cruentas  
 acies, Veneti paciscuntur cum Rege in quinque  
 annos inducias. an. 1421. revertitur Sigism.  
 Wilhel. & Patriarcha cum quinque millibus  
 Pannonum & Civitatenses obsidet. Tandem  
 appetente brumâ, quia Pannoni in Italiâ re-  
 tineri non poterat, redit ad Regem. Interea  
 Veneti, qui ad recentem belli motum exerci-  
 tum comparaverant, Bellunum & Feldrum  
 proditione occupant: tum & Hunienses defici-  
 ente præfidiô in fidem Venetorum venerunt.  
 Hoc an. natus est Sigismundo Wilh. Enimun-  
 dus filius Julii 2. anno 1429. Maji 8. post mul-  
 ta cum Venetis certamina moritur Sig. Wilh.  
 Albæ, & sepelitur in Basilicâ. Anno 1431.  
 April. 7. Joannes, Gabrielis filius duxit uxorem  
 Annam Lazari Servia Despotæ filiam. anno  
 1432. Oct. 9. natus est Joanni Ladislaus filius.  
 Anno 1434. Novemb. 7. natus est Joanni Mat-  
 thias filius. anno 1440. Maji 15. duxit uxo-  
 rem Enimundus, filius Sig. Wilh. Annam Petri  
 Comitis à Phirten filiam. anno 1441. April.  
 4. duxit uxorem Nicolaus, filius Sig. Wilhelmi  
 Barbaram Leopoldi Austrii filiam, quæ eodem  
 anno mortua est Junii 8. Eodem anno Julii  
 17. natus est Enimundo filius Sigismundus  
 Bartholomæus Visellus. Anno 1442. Julii  
 8. na.



8. natus est Enimundo filius Franciscus Visellus. anno 1443. duxit Nicolaus Leonelli Astæ & Alexandria Marchionis filiam Isabellam, cui dos ea portio Vallis Segusianæ, versus Lugdunum, quam Leonellus possidebat, fuit, Anno 1444. Joannes Gabrielis filius in Festo Margarethæ Gubernator Regni Hungariæ eligitur. anno 1445. Maji 8. natus est Nicolao Astæ Bonifacius filius. anno 1447. Januar. 3. natus est Nicolao Benedictus filius. anno 1452. Joannes, filius Gabrielis Maji 8. Viennæ gubernationem Ladislao sponte resignat & regnum Hungariæ restituit, quem Rex vicissim Principatu Bistriciensis remunerat. anno 1456. Joannes, filius Gabrielis in festo Michaëlis, postquam multis stragibus Turcas affecisset (vices enim cum Turcâ prosperè conflixit, bis tantum præ militis inopiâ cedere coactus est) moritur, & sepelitur Hunniadi in Arce, quam ipse erexit. an. 1458. Matthias, filius Joannis in festo Nativitatis Domini eligitur in Regem Hungariæ. an. 1460. apud Georgium Scanderbegum Sigism. Bartholomæus Visellus contra Turcas exercitum ducit. ann. 1462. August. 9. Franciscus Visellus duxit Uxorem Helenam Matthiæ Phrygepani Comitis filiam. Eodem an. Franciscus Visellus apud Basilium Ducem  
 O Mosco-

uentas  
 quinque  
 Sigism.  
 millibus  
 andem  
 aliâ re-  
 Interea  
 exerci-  
 eldrum  
 s defici-  
 nerunt.  
 nimun-  
 st mul-  
 Wilh.  
 1431.  
 uxorem  
 anno  
 s filius.  
 niMat-  
 it uxo-  
 m Petri  
 April.  
 ilhelmi  
 eodem  
 no Julii  
 mundus  
 2. Julii  
 8. na-



Moscouitarum summâ cum laude in Novigro-  
 diam & Livonios expeditione secutus est. Ao.  
 1463. Maji 8. duxit Sig. Barth. Visellus Mag-  
 dalenam Georgii Scanderbegii filiam in uxore-  
 rem, anno 1464. in festo Michaëlis coronatur  
 Matthias, & quoniam per mortem Ladislai,  
 qui carceribus eum mancipaverat, liberatus  
 erat, & inde in Regem electus, sumpsit pro  
 Symbolo corvum rostro annulum tenentem  
 sub lunâ, indeque cognomentum Corvini ha-  
 buit. Eodem anno Stephanus Ladislai filius  
 dolo Machumetis ex munitissimâ Arce suâ Jay-  
 cze evocatus, captus & excoriatus est: cui in  
 Regno Bosnæ & Serviaë successit Matthias, cum  
 ille ex Magdalenâ filiâ Lazari Despotæ nullos  
 reliquisset Liberos. Eodem ann. Oct. 3. natus  
 est Francisco Visello Joannes filius. Ann. 1466.  
 Novemb. 2. natus est Francisco Visello Za-  
 charias filius. anno 1468. Julii 10. natus est  
 Francisco Visello Matthias. Eodem anno Fri-  
 dericum Imp. Matthias Rex totâ ferè Austria  
 ejecit. anno 1470. Apr. 9. Sigismundo Barth.  
 Visello natus est Valentinus filius. Eodem  
 anno Sabatia ad Littus Savi fluminis munitissi-  
 mam arcem Matthias Rex Turcis eripuit Aug.  
 7. An. 1472. Maji 8. natus est Sig. Barth. Visello  
 Marcus filius. anno 1476. evocati sunt Bonifa-  
 cius



cius & Benedictus à Matthiâ Rege. an. 1478. moritur Nicol. Astæ & in Cœnobio Franciscanorum sepelitur Julii 18. an. 1480. Maji 8. duxit Uxorem Benedictus Nicolai filius Berenicam Paridis Comitis Lodronii filiam. Eodem ann. in festo Michaëlis Bonifacio filio Nicolai dedit Matthias Rex Uxorem, Magdam Thomæ Palæologi filiam ac neptem Constantini ultimi Græcorum Imp. & resignavit ei quoque, cùm nullam spem liberorum haberet (steriles n. duas uxores Cathuriam Georgii Pogebratii Regis Bohemiæ & Beatricem Regis Ferdinandi Apuliæ filias habuit.) omnia Scalanorum in Hungariâ bona, utpote Hun. Bosnam, Serviam, Croatiam, Likam, Zagoriam, Zagrabiam & Zkrad: in Transylvaniâ Bistriciam & Huniad: in Germaniâ Scalam, Peylstein, Machlandiam, Hardeck & similia: in Foro Julio Goriciam & reliqua, quæ ad prædicta loca spectant. anno 1481. nata est Bonifacio filia Cæcilia Camilla in festo Cæciliæ Virg. Eodem anno Matthias Rex Bajacetho Bosnæ regnum eripuit, eumque & Fridericum Imp. atq; Venetos tributarios sibi fecit. ann. 1489. Matthias Rex Venetis bellum indicit, nisi Scalanorum provincias restituant. &c. Hactenus Annales Ostrouviorum.





**A**Lii, quia vel Carduichum non legerunt, vel à propinquiori, magisque notâ origine Scaligeros repetere maluerunt, antiquissimam hanc familiam ex aliis fontibus derivant. Paulus Jovius de viris illustribus Libro primo de Cane Scaligero ait, eos ex Vindeliciâ oriundos. Aventinus eos deducit ex antiquissimis Vindeliciæ Comitibus de Schala & Burckhausen, cui assentitur Joannes Baptista Pigna in Historiâ Principum Atestinorum seu Ferrariæ pag. 323. & 371. Sicuti autem Dynastia Schala, seu Scala, in Austriâ sita est, à quâ hodiè adhuc cognominatur Schalaburg, ita dicunt ab eâ Comitibus de Burckhausen accrevisse nomê de Schala, quod postea in Scaligeris propagatum est. Aventinus huic suæ opinioni firmitatem addit, quòd duo Comites de Burckhausen & Schala in Italiâ suum fixerint domicilium, ubi pro Italici idiomatis more cognominati sunt Comites de Scala. Et quia id contigit tempore Imperatoris Lotharii Saxonis, cujus sororem Itham, Comitissam de Arnsperg uxorem duxerat Comes Gebhardus de Burckhausen & Schala, idcirco Aventinus & Paulus Jovius satis splendidè conjiciunt, Scaligeros fuisse tempore Lotharii in Italiâ Comites, ubi eos Imperator constituerit perpetuos Vicarios Veronæ & Vi-  
cen-



centiæ. Hundius lib. 2. fol. 44. Stemmatographiæ Bavaricæ speciosam vocat hanc conjecturam, quam tamen lib. 1. fol. 41. argumento admodum valido evertit, dum ex vetustâ Genealogiâ & Chronico Austriæ demonstrat, quod mortuo ultimo Comite de Burckhausen tota Dynastia de Schala iterum ad Domum Austriacam cum omni jure redierit; id quod fieri non potuisset; si Scaligeri Principes Veronenses, quorum tunc temporis quamplures erant superstites, ejusdem cum Comitibus Burghusianis familiæ fuissent.

E diametro F. Leander in Descriptione Italiæ constanter tenet, Scaligerorum non esse exteram, sed antiquissimam Italiæ familiam ex civitate Veronensi, ubi ducentis annis ante obtentum dominium habitabant.

Verum hæ opiniones Pauli Jovii, Aventini, Hundii, & F. Leandri citra negotium coalescunt, si Carduichi vetustissimum Chronicon consulatur. Verissimum enim est, Scaligeros & ex Italiâ pervenisse in Germaniam, & ex Germaniâ in Italiam, ac utrobique suam fixisse sedem etiam ducentis ac pluribus ante Veronensem dominatum annis. Quamvis exinde nec Italia, nec Germania sibi vindicare possit eorum primævam originem, ut ex adducto





Carduicho liquet. Verissimum insuper est, Scaligeros & Burckhusianos ejusdem fuisse stirpis; neque abnuo, illos cum Imperatore Lothario Saxone in Italiam migrasse, ibique ab eo Veronensem Imperii Vicariatum ac Principatum obtinuisse, postquam longè antea tam civitatem illam, quam Germaniam per diversas bellorum ac exilii vicissitudines incolebant, ac rursus emigrare cogebantur. Quæ ipsæ locorum mutationes Authoribus præbuere occasionem, ut Scaligeros modò huic, modo illi provinciæ tribuerent, neque tamen genuinam eorum scaturiginem inconsulto Carduicho unquam eruderarent. Hundii argumentum de Comitatu Schalaburgensi nihil faceffit negotii, tum quòd Scaligeri extiterint longè ante Leopoldum Marchionem Austriacum, S. Leopoldi patrem, mortuum Anno 1096. tum quòd incertum sit, an Comitatus ille unquam spectaverit ad Burckhusianos vel Scalanos, cum ipsemet Hundius ignoret, cui familiæ Leopoldus Marchio Comitatum illum dotis loco dederit; tum denique, quòd indies videamus, feuda conferri uni, non verò alteri lineæ ejusdem originariæ familiæ. Cæterum quæ Lazius de modernis Bavariæ Hundis vel ex gentilitiis Scaligerorum canibus, vel ex cognomine Cane Scalige-



ro seu Mastino Italicè, Germanis molosso seu Cane magno, comminiscitur, ipsemet Hundius inter inanes phantasias recenset, neque facilè ex nominis affinitate ad identitatem familiarum absque alio fundamento progredi licet.

In Italiâ potentissimi fuère Scaligeri, ubi etiam cum Imperatoribus, Regibus, & Ducibus, præsertim Mediolanensibus, matrimonia contraxère, prout testantur Blondus, Sabellicus, Vollateranus, F. Leander, & alii. Perpetuum Veronensem ac Vicentinum Imperii Vicariatum & Principatum, quem ex Hundii calculo ab Imperatore Anno 1259. acceperunt, usque ad finem prioris sæculi conservârunt, eoque adhuc Hundii tempore ab Imperatoribus Romanis investiti sunt, utut Venetis executionem violenter impredientibus. Non solùm in Italiâ, verùm etiam in Germaniâ celeberrimis Magnatibus tam Ecclesiasticis quàm sæcularibus claruit vetustissima Scaligerorum familia, quæ inter Bavariæ Ludos Trojanos ( vulgò Torneamenta ) recensetur.

Inter alios toto orbe notissimus est Canis Scaliger, natus Anno 1263. Patre Bartholomæo Scaligero, Veronensium Principe; Matre Salome, Regis Siciliae & Apuliae filiâ; Testibus



Paulo Jovio & Frehero, cognominatus fuit Canis, non ab animali latrabili, sed à Tartarico Idiomate, quo canis significat Imperatorem; cùm Proceres Christiani illorum temporum soliti sint ejusmodi Barbarorum à se captorum aut occisorum nomina in testimonium honestissimæ laudis assumere; Pluribus præliis victor, Patavium, Vicentiam, Brixiam, & Tarvisium suo dominio subegit; Literatorum omnium amantissimus, præter alios exules, Dantem Florentinum & Ugucium Fagiolanum, Principatu suo dejectum, summo in honore habuit; nihil in hac vitâ beatius esse affirmans, quàm invicto animo tam suæ, quàm alienæ fortunæ succurrere, perpetuisque liberalitatis operibus insitæ virtutis famam propagare. Mortuus à toto exercitu delatus est Tarvisio Veronam, ubi ei marmorea pyramis erecta, cum hoc Epitaphio;

*Quòd Canis hic grandis insignia facta peregit,  
Mantua testis adest, quam sevo Marte subegit:  
Scaligeram qui laude Domum super astra tulisset,*

*Majores si Parca dies infida dedisset.*

Plura Canis Scaligeri encomia recensent Paulus Jovius in *Elog. Vir. Illust.* Rovillius p. 2. *Prompt.* Freherus in *Theatrop.* 2. *sect.* 2.

Nico-



Nicodemus de Scala, ex Principibus Veronensibus quadragesimus primus Episcopus & S. R. I. Princeps Frisingensis. ; Non tantum Dioecesin locupletavit plurimis bonis, sed etiam Ecclesiam insigni ac pretiosâ Sacrâ suppellectile, præsertim imagine Beatissimæ Virginis Mariæ, propriis S. Lucae Evangelistæ manibus pictâ, quæ imprimis ab Imperatore Constantinopolitano ad Duces Mediolanenses, & postea ad Scaligeros devenit. Epitomen encomiorum subjungo ex Manuscripto Frisingensi apud Gewoldum in Notis ad Hundij Metropolitim fol. 172. Hic præclarus & memoriâ dignus Pontifex Nicodemus laudabiliter & benè rexit Ecclesiam annis viginti, obiitque Viennæ Anno Domini Millesimo quadringentesimo, quadragesimo tertio, ibidem in Monasterio Augustinianorum, quod unâ cum fratribus de la Scala vineis & ornamentis pluribus ditaverat, ante altare S. Crucis sepultus. Ita Gewoldus loc. cit. ubi etiam Nicodemum ex Diplomate Concilii Basileensis vindicat ab intrusione, quam ei Hundius falsò impingit, dum, Pontifice Maximo postulacionem Joannis Grünwalderi ob minorennitatem annullante, Nicodemus juxta Sacros Canones, volente Pontifice, & interveniente



Henrico Duce Bavariae, constitutus est Episcopus Frisingensis.

Paulus, Dominus de Scala & Princeps Veronensis, frater Nicodemi, Episcopi Frisingensis, ex Annâ, Dom. de Fraunberg genuit Joannem, Dominum de Scala, Tritavum Celsissimi Principis & Episcopi Passaviensis JOANNIS PHILIPPI. Egit Joannes Serenissimi Ducis in inferiore Bavarîâ Vice-Dominum. Uxorem duxit Helenam de Clofen, obiitque Anno 1490. sepultus Ratisbonæ ad veterem Capellam.

Joannes Dominus de Scala, Joannis filius, & atavus Celsissimi Principis, Episcopi Passaviensis JOANNIS PHILIPPI; fuit supremus totius Bavariae Præfectus Provincialis; commendatus à pietate Divinâ & generositate bellicâ. Uxorem habuit Margaretham à Layming, obiitque Monachij Anno 1542. sepultus apud Patres Franciscanos.

Joannes Christophorus, Joannis Secundi filius, & abavus Celsissimi Principis, Episcopi Passaviensis JOANNIS PHILIPPI. Erat Caroli V. Imperatoris Chiliarcha contra Franciscum I. Galliarum Regem. Uxorem duxit Elisabetham, Comitissam de Zollern; sanguinem ac vitam pro Cæsare fudit cum fratre suo  
Joan-



Joanne Brunorio , dum uterque Anno 1544. inter Alpes ad Carignianum , alterâ Paschatis feriâ ab hoste in bello interfectus est.

Joannes Warmundus , Joannis Christophori filius , & Proavus Celsissimi Principis, Episcopi Passaviensis JOANNIS PHILIPPI; vitam aliquamdiu transegit in Aulâ Ferdinandi Imperatoris ; matrimonio sibi jungens Elisabetham , Dominam à Thurn , ex quâ genuit Joannam , Aviam Celsissimi Principis, Episcopi Passaviensis , JOANNIS PHILIPPI, postremam Scaligerorum, Veronensium Principum prolem, quæ imprimis nupserat Sigismundo à Dietrichstein, postea Georgio Sigismundo Libero Baroni à Lamberg, Annæ Augustæ supremæ Aulæ Præfecto, de quo egimus supra in Parergo primo de Illustrissimâ Domo Lambergianâ. Scalam hanc dixeris virtutum & honorum, per quos gradus ad summa fastigia facillimus patet ascensus.



**INDEX**






## INDEX RERUM.


<b>A</b>	Diversitates fortiter tolerandæ. fol. 21. & seq.
Ambitio.	42. 49
Avarus.	99
Aureum Vellus. v. Vellus aureum.	
Beneficentia. 93. Deo similem efficit.	94
Canis Scaliger quid & quis?	216
Clementia.	83
Consilium & Consiliarius.	I. & seq.
Constantia.	103
Consuetudo refugium indoctorum.	III
Dignitas. v. Honor.	
Educatio.	36
Fama.	114
Ferdinandus Imp.	108
Fidelitas Ministrorum.	63
Fortitudo inter adversa.	21
Germanorum Nobilitas.	37
Honor virtute paratur.	52
Jasonis fabula.	128
Justitia.	90
	Labor






Labor pro bono publico.	11
Lambergiana Nobilitas. 38. 163. Eius divi- sio. 163. Suprema stabuli Præfectura in Carnioliâ & Marchiâ Sclavoniæ. 164. In- signia. 164. Heroes. 164. & seq. Scali- gerana insignia suis inserit. 164. 179	
Leopoldi I. Imp. Symbolum. 6. Fortitudo. 29	
Pietas.	78
Magnanimitas.	42
Manfuetudo.	83
Minister fidelis. 62. infidelis. 68. quando à Principe debeat recedere?	70
Nobilitas. 32. sine virtute. 39. cum magna- nimitate. 43. Nobilis præ aliis aspirat ad alta.	44
Ordines Equestres varii. 128. 130. Ordo Equitum aurei Velleris. v. Vellus aureum. Statuta hujus Ordinis.	143
Ocium. v. Labor.	
Perfidia.	63
Perseverantia.	103
Pertinacia.	110
Philippus Bonus Dux Burgundiæ. 125. mo- ritur. 133. Eius diploma. 141. Author Ordinis aurei Velleris.	123
Pietas in Principe.	72
	Prin-





Princeps utatur Consiliis. 1. & seq.	fit labori-	
ofus. 14.	conservandus à subditis. 62	
pius. 72.	clemens. 84.	magis desideret
amari quàm timeri. ibid.	Beneficus	93
Avarus. 99.	Immutabilis. 105.	famae stu-
diosus. 118.	ipfius vitia nunquam occul-	
ta.		119
Quies. v. Labor.		
Religio.		74
Rosæ cur armatæ spinis.		32
Salisburgum.		120
Scaligeri. 185.	eorum insignia inferuntur	
Lambergianis. 164. 179.	Origo. 185. 212	
potentia. 185. 215.	Annales Carduichi &	
Ostruviorum de Scaligeris. 187. 196.	Ve-	
ronæ Domini. 185. 215.	Recensentur in-	
ter Ludos Trojanos Bavariæ. 215.	Canis	
Scaliger quid? 216.	quis? ibid.	Heroes
Scaligerani.		217. & seq.
Scientia.		1. & seq.
Senex non quiescat.		110
Statuta Ordinis aurei Velleris.		143
Turcarum barbaries in Christianos.		126
Eorum excidium est aureum Vellus.		140
Vellus aureum. 122.	ejus nomen, annus in-	
stitutionis. 122.	Author. 123.	à Jafone. 128.
		à Vel-





à Vellere Gedeonis. 130. finis. 131. An  
à fertilitate terræ? 133. Descriptio torquis  
& Velleris. 134. Symbola. ibid. Conven-  
tus, comitia, & vestes. 135. quot Equites,  
& quantæ nobilitatis sint? 126. 137. Præ-  
fidium Ordinis devolutum ad Hispanos. 139  
Diploma Philippi Boni. 141. Statuta Equi-  
tum aurei Velleris. 145

Virtus præambula honoris. 52

FINIS.



ri-  
62  
ret  
93  
tu-  
ul-  
19  
  
74  
32  
20  
tur  
212  
i &  
Ve-  
in-  
anis  
roes  
seq.  
seq.  
110  
143  
126  
140  
s in-  
128.  
Vel-



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

FINIS













Thm 6 33

ULB Halle

3

004 757 165



VD 77

M. C.









M. 1,874

52.  
7a

